ANGELI STEPHANI GARONI I.C. TICINENSIS

VARIÆ RESOLVTIONES

Opus potissimum in foro versantibus profuturum.

AD

D. IO. BAPTISTAM LANDRIANVM VEN. COLLEGII MEDIOLANI I. V. D. PERITISSIMVM.

PARS PRIMA.

Ioĩs Agostini Morandi V.I.C.

MEDIOLANI, Ex Typographia Philippi Ghisulphij.
Ad instan. Altobeli Pisani. M. DC. XXXXIV.
Superiorum permissu.

Die 16. Octobris 1642.

Imprimatur.

Fr. Basilius S. Offitij Mediolani Commissarius.

Io. Petrus Puricellus, Sancti Laurentij Archipresbyter, pro Eminentissimo, ac Reuerendissimo D. Cardinali Archiepiscopo.

Comes Maioragius pro Excellentiss. Senatu.



ILLVSTRISSIMO D.

IO. BAPTISTÆ LANDRIANO EX COLLEGIO NOBILIVM I. CC. EQVITI, ET COMITI,

AC SANCTI OFFITII CONSVLTORIS.

Altobelus Pisanus S. P. D.

VIC libro, mea opera typis excusso, in lucem prodeunti, te patronum adopto, Illustrissimè Landrianè, Adoptionis nec leuis suppetit causa, Nam cum mihi facta esset facultas elligendi virum, cuius sapientia, virtute, & auctoritate frons operis huius ornaretur, in te vno id omne collectum animaduertens, clientellæ tuæ possessionem, iàm diù à me initam mihi certo iure vindicaui, tuumq; gratiæ sinum contendi, vt sub tuo nomine tutus Liber in publi-

cum prodiret, nec opinor causa cadet, noui summam illam tuam, Mediolano prorsus admirabilem, in ferendis de iure responsis perspicuitatem, in diudicandis causis peritiam, & æquitatem, noui eximiam humanitatem, qua me, meaq; omnia complecti solitus es. Accedit priuatum meum in te studium, in ipso litterarum tuarum initio, in Ticinensi Academia contractum, quo tempore amplissimum, & cumulatissimum tuorum benefitiorum, & gratiarum fructum sum consequtus, quæ omnia cordi inhærentia addidere animos, vt te ingeniorum florem, pro ornamento harum legalium elucubrationum conuenirem; Inscribitur ergo in fronte nomen tuum, vt sit perpetuum obseruantiæ meæ testimonium, vt sit non vulgarium tuorum meritorum monumentum; Interim alia adornabuntur ex hoc eodem genere, quo tù in primis delectaris, quoq; gratus ciuibus, gratus Reipub. factus es; ac dum te iure colo, quasi maximum mihi præsidium, & adiumentum in te sit constitutum, hanc meam voluntatem, tibi vt aliquo modo notam faciam, operam dabo, vt testatum sit, quantum tibi debeam. Vale.



ALTOBELVS PISANVS AMICO LECTORI S.

Abes, Amice Lector, in arduis controuersijs planum, ac germanum iuris intellectum; Quis sit Auctor, nosti, quem iterum propono, vnum nostri seculi doctrinæ, ac Iurisprudentiæ exemplar, D. I. C. ANGELVM STEPHANVM GARONIVM, qui luculenter suis commentarijs caliginem omnem, si quæ erat, in titulis Imperialium Constitutionum huiusce Prouintiæ Mediolanensis, ità discussit, vt mira sit indè claritas oborta, distinctis, patefactis, Illustratis omnibus, quiq; in ijs rectè peragendis plurima Iuris humani penetralia reserauit; Abstrusa quoq; omnia; antè actis annis, dum in Academia Ticinensi ius ciuile profiteretur, recludit, quæ in titulo Pandectarum de Edendo, poßent in controuersiam reuocari, Profert & in medium Variarum

Reso-

Resolutionum Libros, eâ copiâ, vt nihil addi possit, ea breuitate, vt nihil diminui, tanto in hoc libro suis prioribus superior, quanto sui priores aliena superarunt, Hoc ergo Insigni Viro fruere Lector. tum prælegendo, tum de iure respondendo; Videbis eumdem nunc longé seniorem, vetera sua augentem, noua in dies proferentem, & vtraq; doctissimé perficientem; Multa namq; elucubrantur, in dies egressura, vel addendo prioribus locupletiora, vel plurima de nouo edita, omnia ad maturitatem perducta; Vergente quippé deorsum conditione corporea, vigor spiritus in sublimiora conscendit, & quasi alter Cycnus, quo Morti proximior, eo suauius modulatur, In macie, squalore, ac canitie nostri GARONII tenuissimus spiritus enitescet, quasi sine carne totus spiritus, nihil insipidum manans, sed omni sale conditum; Hæc sunt, Lector, summi viri doctrinæ ac sapientiæ lineæ, quasi vmbræ, depingent alij suos colores, dum quæ maiora moliuntur, exibunt Vale.

INDEX CAPITVM.

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

INDEX.

CON-

Con-

DI-

INDEX.

Nihil

DOS.

ECCLESIA.

ELECTIO.

EMPHYTEVTA.

Deli-

INDEX.

Etiam

Emens

contra

Ver-

INDEX.

Liti-

Non

Quod

SCRIP-

STIPVLATIO.

STVDIA.

SVBDITVS.

SVBHASTATIO.

SVCCESSIO.

Gene-

INDEX.

mum

FINIS.



ANGELI STEPHANI GARONI I.C. VARIÆ RESOLVTIONES.

SVMMAE.

Agens aduersus aliquem vti hæredem debet probare illum adiuisse hæreditatem nu. 1.
Aditio est quid facti nu. 2.
Non præsumitur nu. 3.
Aditio est probanda & si agatur de hæreditate opulenta nu. 4.
Animus desideratur in adeunte nu. 5.
Totum facit nu. 6.
Aditio quomodo dicatur habere multum iuris & parum facti nu. 7.
Animus adeundi demonstratur verbis, vel facto nu. 8.
Opulentia hæreditatis non præbet præsumptionem aditionis, sed coadiuuat coniecturas nu. 9.
Lucrum omittere non præsumitur quis nu. 10.
Ad inducendam aditionem hæreditatis oneratæ desiderantur actus efficaciores n. 11.
Ignorans hæreditatem sibi delatam, non potest videri voluisse adire nu. 12.
Hæreditatem sibi ab intestato delatam quis dicatur scire nu. 13.
Verba indeterminata nō probant aditionem nu. 14.
Credere, est verbum expressiuum veritatis nu. 15.
Verba, volo adire hæreditatem, an sint sufficientia ad inducendam aditionem nu. 16.
Ex verbis conditionalibus non inducitur aditio hæreditatis nu. 17.
Aditio est actus legitimus, & non recipit conditionem nu. 18.
Verba enuntiatiua probant aditionem, si proferantur ab eo qui potest esse hæres nu. 19.
Tertius non potest facere hæredem nu. 20.
Actus præbentes argumentum volontatis probantur testibus singularibus nu. 21.
Actus debent tendere ad declarandum certum animi volontatem nu. 22.
Debent esse certi, & non dubij nu. 23.
Coniectura aditæ hæreditatis quando capiatur cum difficultate nu. 24.
Aditio coniecturis probatur nu. 25.
Suitas quando habeatur pro immixtione nu. 26.
Possessio bonorum hæreditariorum præbet argumentum aditionis hæreditatis n. 27.
Fructuum perceptio arguit possessionem num. 28.
Possessio quæ potuit procedere à iure familiaritatis non arguit aditionem nu. 29.
In filio recuperante bona paterna potest considerari respectus pietatis nu. 30.
Filius qui protestatus est velle abstinere hæreditate, non dicitur mutasse volontatem inhabitando domum nu. 31.

Potest habitare domũ pro cautione dotis maternæ, & non vt adeat hæreditatem n. 32.
Idem in vxore potest considerari nu. 33.
Pater potest possidere bona filij ex alio iure quam hæreditario nu. 34.
De veritate causæ debet constare nu. 35.
Filij confessio, quòd possidet bona paterna, non probat aditionem nu. 36.
Aditio quando inducatur ex possessione rei hæreditariæ non obstante credito ipsius possessoris nu. 37.
Possessio capta per eum qui habet ius fideicommissi, quando inducat aditionem num. 38.
Causa quæ allegatur debet esse legitima num. 39.
Aditio arguitur ex solutione debitorum hæreditariorum nu. 40.
Debitum filij vti filij nu. 41.
Debitum alienum libenter nõ soluitur n. 42.
Debiti minimi solutio non arguit aditionem num. 43.
Solutio quæ præsefert specimen pietatis non arguit aditionem nu. 44.
Offerens se soluturum declarat animũ n. 45.
Solutio mercedis testamẽti non inducit aditionem nu. 46.
Exigens à debitoribus hæreditarijs dicitur adire nu. 47.
Debitum non soluens dicitur adire nu. 48.
Et quando non nu. 49.
Aditio causatur ex datione vestium quotidianarum pauperibus nu. 50.
Aditionem inducit constitutio procuratoris ad illum actam nu. 51.
Adiri potest hæreditas ex testamento, quod comperietur posterius nu. 52.
Hæres sub conditione non potest adire nu. 53.
Hæredi sub conditione datur bonorum possessio nu. 54.
Potest distrahere hæreditatem nu. 55.
Iuri adeundi præscribitur 30. annis nu. 56.
Adeundi ius adhæret personæ nu. 57.
Conuentus à legatarijs quando videatur adire nu. 58.
Ex locatione rei hæreditariæ probatur aditio nu. 59.
Declara nu. 60.
Adit qui constituit procuratorem ad petendam hæreditatẽ sibi deuolutam tamquam proximiori nu. 61.
Adit qui facit pactum de non petendo n. 62.
Qui disponit in testamento de hæreditate nu. 63.
Reuocando testamentum non reuocat aditionem nu. 64.
Cedendo hæreditatem illam adit nu. 65.
Donando nu. 66.
Vendendo nu. 67.
Constituendo censum super re hæreditaria num. 68.
Filius dum dicit possidere pro sua legitima fatetur adiuisse hæreditatem nu. 69.
Inuentarij factio non arguit aditionem num. 70.
Per aditionem patrimonium testatoris, & patrimonium hæredis euadit vnicũ n. 71.
Fit confusio crediti, et debiti nu. 72.
Aditio habet vim solutionis nu. 73.
Declara nu. 74. 75.
Ius adeundi non dicitur in bonis nostris num. 76.
Hæres antequam adeat non dicitur locupletior nu. 77.
Delatio nuda hæreditatis non facit hæredem dominum nu. 78.
Hæreditas delata non venit sub obligatione futurorum nu. 79.
Non comprehenditur sub donatione omniũ bonorum nu. 80.
Non transmittitur ad hæredes 81.
Non venit in confiscationem omnium bonorum 82.
Ius adeundi non potest cedi n .

CAP. I.

ADITIO.

Cturus aduersus aliquem 1
vti hæredem debet in primis probare ipsum adiuisse hæreditatem, vt passim obseruant nostri interpretes, *Bald. cons. 273. num. final. lib. 1. Surd. decis. 154. n. 18. cons. 359. nu. 17.*

nu.17. Roman. conf.224. num.2. Magon. decis. Florent.148. nu.3. Franc. decis.60. nu.3.& 10.decis.80.nu.8. Gratian.discept.
2 *forens. cap.330. num.10.* Aditio enim est quid facti, dixit *Dec.conf.442. num.15.& seq.652.nu.11. Menoch. conf.44. nu.21. 828.num.27. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.12. tit.9. nu.3. Fontanel. decis. 87. nu.4. Christofor. Mart. Medic. decis.*
3 *79. nu.2.* non mirum igitur si non præsumatur, sed probari debeat, *Thesaur. forens. lib.2.q.51. num.1. Valenz. conf.65. nu.18.*
4 *138. nu.19.* Huiusmodi autem probatio exigitur etiam quòd agatur de hereditate opulentur, *Rota apud Farinac. decis.781. nu.3.p.1. in recentiss. Gratian. discept. foren. cap.706. nu.29. Marta voto 20. num.13.*
5 quia animus qui desideratur in adeunte,
6 & qui totum facit secundum *Dec. conf.*
7 *652. nu.9.* vt ob id dicatur aditionem habere multum iuris, & parum facti, *Moler. semestr. lib.5. different.58 nu.2.* is inquam
8 animus debet verbis, vel facto demonstrari, *Magon. decis. Florent.17. num.15. Merlin. controuers. forens. cap.89. num.11. Thesaur.d.q.51.nu.1. Gail.lib.2.obser.128. num.10. Valenz. conf.19. nu.17.* & certè si
9 opulentia hæreditatis præberet validam præsumptionem aditionis, non esset adeo insudandum in perpendenda efficacia actuum aditionem inferētium: est tamen magnæ considerationis; quia ex debilioribus coniecturis præsumemus aditam fuisse hæreditatem opulentam, *Mantic. de coniectur. vltim. voluntat.lib.12.tit.12. nu.27. Menoch.lib.4.præsum.99.nu.4. Fontanell. decis.87. nu.17. Magon. decis. Flor.*
10 *17.nu.11. 148.nu.9. Thesaur.d.q.51.nu.5.* quia non sit credendum quem voluisse omittere lucrum, *Gratian. disceptat. for.*
11 *cap.78.nu.18. & seq.* E contra si agatur de hęreditate debitis onerata difficilius præsumemus illam aditam, & desiderabimus actus efficaciores, *Natta conf.448.nu.20. Franc. decis.80.nu.9. Ludouis. decis.460. num.15. Rota decis.262.nu.6.p.1. in nouiss.* eadem Rota apud *Farinac. decis.276. nu. 6. p.1. in recentiss.*

Quòd autem diximus voluntatem adeundi facto, vel verbo declarandam esse, ansam præbet inuestigandi, quæ nam & qualia verba, ac facta sint istius efficaciæ: eo prius præmisso, quòd hæreditatem sibi delatam ignorans non potest videri voluisse adire, vt apud *Honded. conf.83. nu.* 12
55. vol.1. Porro quem scire sibi delatam 13
hæreditatem ab intestato dicimus, quando defunctus in eadem Ciuitate commorabatur: ex hoc enim, iuncta coniunctione, præsumitur scientia, *Bartol. in l. qui duas 10. nu.7.8. & 12. ff. de rebus dubijs.* Ex testamento tunc scire, si nouerit in eo se fuisse institutum. Quo ad verba illud obseruandum ne sint indeterminata, & suspensiua, quia non præberent argumen- 14
tum aditionis *Fontanel. decis 88. nu.3. & seq.* Equidem si respondeat positioni per 15
verbum, credere se esse hæredem, probabitur aditio, quia tale verbum sit expressiuum veritatis, *Surd. decis.17. nu.9.* Quæstionis est, num huiusmodi verba, *volo adire hæreditatem* sint sufficientia: negatiuam 16
amplectitur *Honded. conf.83. nu.40. vol. 1.* quia sonent; hic est primus motus animi mei ad adeundum, non quòd deliberatè velim: contrariam sententiam amplexus est *Fachin. controuers. iur. lib.6. cap.50.* quoniam nullam faciat distinctionem inter has duas formulas loquendi, *volo esse hæredem, volo adire hæreditatem*, & hæc sententia mihi quoq; arridet, nam huiusmodi verba non possunt dici aliquo pacto suspensiua, aut indeterminata. Non etiam debent esse verba conditionalia: 17
& propterea si quis diceret, si soluendo hæreditas est, adeo hæreditatem nulla aditio est, *l. Eum qui § fin. de adquir. vel omitt. hæred. lib.29. P. tit.2. Roman. conf.403. nu.21.* quia scilicet aditio sit actus legiti- 18
mus, qui nō recipit conditionem, *l. Actus legitimi. 77. de regul. iur. lib.50. P. tit.17. Rot. apud Farinac. decis.638. nu.4. p.2. in recentiss. Fontanel. decis.88. nu.6.* & enim cum per huiusmodi legis actiones id agatur, vt legitimum & Quiritium iure dominium transferatur, eodem tempore nō

 potest

potest esse vt velis, & nolis transferre dominium, inquit *Rauardus ad dictã l. Actus legitimi*. Alia ratione vtitur *Bartol. in d. l. Eum qui*. quòd aditio consistit in volontate, quæ volontas firma non est, si condi-
19 tio apponatur. Non autem quicquam referet, illa esse enunciatiua, *Surd. conf.* 576. *nu.* 35. *Cyriac. contr.* 127. *nu.* 7. 244. *nu.* 8. 501. *nu.* 1. *Rot. Genu. decis.* 105. *nu.* 1. *Marta voto* 134. *nu.* 7. dum tamen prolata sint ab eo, qui potest esse hæres, *Bartol. in l. Gerit.* 87. *nu.* 14. *ff. de adquir. hæredit at. Mantic. decis.* 355. *nu.* 8. Si etenim proferantur à tertio nihil erit actum; quia tertius non
20 potest facere hæredem, *Ludouis. decis.* 460 *nu.* 1. *& seq. Rota apud Farinac. decis.* 276. *nu.* 1. *p.* 1. *in recentiss.*
21 Quo ad actus qui possunt præbere argumentum volontatis illius, cui delata est hæreditas, sciendum est illos non esse adeo exactè probandos, quin etiã valeant probari per testes singulares, *Magon. decis. Flor.* 148. *nu.* 4. *Gratian. disceptat. for. cap.* 78. *num.* 16. debent tamen deponere
22 de gestis, quæ tendant ad declarandam certam animi volontatem, & deliberationem: & ideo si deponerent quem accessisse ad I. C. pro consilio capiendo super aditione hæreditatis, & petijsse ab eo confici libellum pro petitione portionis suæ hæreditatis, & quòd conquerebatur de occupante suam portionem, & quòd volebat eum conuenire in iudicio, talis depositio in nihilo deseruiret *Thesaur. foren. lib.* 2. *q.* 51. *nu.* 4.
23 Illud quoq; est tenendum requiri actus certos, & non dubios, *Laderch. cons.* 3. *nu.* 6. *Gratian. discept. forens. cap.* 752. *nu.* 22. *& seq.* hoc est tales, qui alio non docto non potuerint geri alio iure, quàm hæreditario, *Magon. decis. Florent.* 64. *nu.* 33. *Verall. decis.* 19. *nu.* 2. *p.* 2. *Surd. decis.* 267. *nu.* 8. *Seraphin. decis.* 856. *nu.* 9. *Ludouis. decis.* 98. *num.* 4. *Rota apud Farinac. decis.* 471. *nu.* 2. *p.* 1. *in recentiss.* nam coniectura
24 aditę hęreditatis cum difficultate capitur, quando alia sumi potest, *Magon. d. decis. Florent.* 64. *nu.* 31. licet tamen non inferant necessario aditionem, debent tamen probabiliter illam inducere *Ludouis. decis.* 7. *nu.* 8. cum enim in animo consistat aditio, cõiecturis probatur *Cyriac. contr.* 139. 25
n. 45. Hæc erunt quoq; cõsideranda in persona filij, quòd enim dicitur suitatem ha- 26
beri pro aditione, & immixtione, vt apud *Surd. cons.* 458. *num.* 4. *&* 13. 541. *num.* 19. *Gratian. discept. forens. cap.* 732. *num.* 52. & ideo posse filiam transmittere hæreditatem non aditam, *Menoch. cons.* 1. *n.* 491. procedit vbicunq; ipse agit, *Amat. decis. March.* 61. *nu.* 7. *Chartar. decis.* 32. *nu.* 14. *&* 15. nam quando tractatur de eius commodo, eo ipso quòd est filius præsumitur se immiscuisse, *Menoch. lib.* 4. *præs.* 99. *n.* 5. *cons.* 1090. *nu.* 6. *Mantic. de coniectur. vlt. volontat. lib.* 12. *tit.* 10. *nu.* 3. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 772. *nu.* 57. *Magon. decis. Lucens.* 62. *nu.* 11.

Potissimum argumentum aditionis hæ- 27
reditatis capitur ex possessione bonorum hæreditariorum, vt tradunt interpretes, *Ludouis. decis.* 371. *nu.* 8. *Christofor. Mart. Medic. decis.* 79. *nu.* 10. *Surd. cons.* 253. *nu.* 31. *Valenz. cons.* 17. *nu.* 24. *Cornaz. decis.* 112. *nu.* 7. quam quidem possessionem te- 28
neri per eum, qui fructus percipit satis cõstat probat *Fachin. controuers. iur. lib.* 6. *cap.* 52. Circa hanc coniecturam obser- 29
uandum illius efficaciam euanescere, quando ageretur de eo qui potuit remanere in possessione iure familiaritatis, vt notat *Fontanell. decis.* 87. *nu.* 6. *& seq.* quòd ius procedit quo ad eum, qui in eadem domo habitabat, *Valenz. cons.* 65. *num.* 23. 30
Potest quoq; cadere in filium recuperantẽ bona paterna alia consideratio, respectus pietatis, vt apud *Cornaz. decis.* 212. *nu.* 12. quo in casu standum foret declarationi ipsius filij, *Natta cons.* 448. *nu.* 21. *Magon. decis. Florent.* 17. *nu.* 16. 148. *nu.* 10. Qua- 31
re si filius protestatus fuerit se velle abstinere hæreditate paterna, & se in domo stare non vt hæredem, sed vt inquilinum, vel custodem, vel ex alia iusta ratione habitasse, non inducetur aditio, *l.* 1. *Cod. de repud. hæredit.* & resoluit *Fachin. controuers.*

iur.

iur.lib.6.cap.53. Surd.decis.154.nu.20.& seq.267.num.4. ab eo enim qui ita protestatur abest volontas adeundi, Veral.decis. 68.p.2. Quam tamen conclusionem non omnibus placuisse obseruat Hodierna in sua aditione ad decis. Surdi iam citatam nu.
32 5. legitimus titulus possidendi citra aditionem consideratur in filio, qui mortuo patre continuat in habitatione domus paterne, vti creditor, & pro cautione dotis maternæ, Peregr. decis. 45.nu.5.Gratian. disceptat. forens. cap. 706. num. 34. et seq.
33 quæ ratio consideratur in ipsamet vxore hærede instituta à marito, quia potest videri habitare domum obligatam pro restitutione dotium, Corn.cons.147.num.1. vol.1. nam præsumitur fecisse ex illo actu, qui est sibi vtilior, Menoch.cons.44.n. 23. & ideo non refert patrem possidere bona
34 filiorum, etiam post illorum mortem, si vltra ius hæreditarium competebat eidẽ ius vsusfructus, Rota apud Farinac. decis.
35 781.nu.2.p.1.in recentiss. Erit tñ probandum domum fuisse obligatam pro restitutione dotis maternæ, Gail. lib.2. obser. 128.nu.13.& sic debet constare de veritate causæ, quæ præbuit ansam occupandi rem alio iure, quàm hæreditario, Magon. decis.Florent.64.nu.34. Hunc tamen effectum occupationi factæ post mortem patris non tribuit Ant.Fab.in suo Cod. de repud.vel abstinend.hæredit. defin.9. Ex ante-
36 dictis infertur confessionem filij ad positionem continentem ipsum possidere bona paterna, non probare aditionem, nisi articulatum fuerit possidere vt hæredem,
37 Gail.lib.2.obser.128.nu.16. Si tamen valor rei possessæ excederet quantitatem crediti, & res pateretur commodam diuisionem, illud quod excederet foret suffi-
38 ciens ad inducendam aditionem Chartar. decis. 124. Possessio capta per eum qui potest esse hæres, & habet ius fideicommissi, si fuit capta simpliciter, & sine authoritate Iudicis, præsumitur capta iure hæreditario, Rota apud Farinac.decis.276.n.5.
39 p.1.in recentiss. quia non sufficit allegare fuisse captam possessionem ex alia causa, quàm hæreditaria, nisi illa legitima sit, Peregr. decis.45. nu.5. Si tamen dum capiebat possessionem declarauit se illam capere virtute fideicommissi, cessaret præsumptio aditionis, vt tenet Ludouis.decis. 460.n.11.& seq. quæ decisio legitur quoq; apud Farinac. decis. 276. p. 1. in recentiss. nam si in actu dubio circa aditionem statur declarationi ipsius hæredis, multo magis erit standum declarationi factæ in ipso actu, Eadem Rota decis.262.nu.5. p.ea.

Solutio hæreditariorum debitorum arguit aditionem hæreditatis, Magon. decis. Lucens.24. nu.20. decis.Flor. 64. num. 35. Dec.cons.449. nu.8. ad finem. Natta cons. 140.num.11.448. nu.10. Mathes.Sing.35. nu.6. Mantic. de coniectur. vltim. volont. lib.12. tit.12. nu.5. Mascard.concl.44. nu. 29. Menoch. lib.4. præs.101.nu.80. Ludou. decis.98. num.5 quæ habetur etiam apud Farinac. decis. 82. p. 2. in recentior. Surd. cons.12.nu.48.576.nu.36. decis.303.n.10. Gratian.disceptat.forens.cap.468.num.87. Chartar. decis.32. nu.7. Cyriac.contr.14. 40
nu. 10. nisi esset debitum ad quod teneretur citra nomen hæredis scilicet vti filius, puta quia esset debitum primipilare, Gratian.disceptat.forens.cap.733. nu.4. Coniecturam non eneruat illa consideratio, quòd possit solui debitum alienum; nam in dubio præsumimus factam solutionem nomine hæreditario: homines enim haud libenter soluunt debitum alienum, & quãdoq; difficulter soluunt proprium, Magon. decis.Flor.148.nu.8. Natta cons 448. nu.10. Chartar.decis.32.num.10.Gratian. disceptat.forens.cap.150.nu.24. Alia quoq; adhibenda declaratio, coniecturam euanescere quando debitum solutum est modicum: ex quo de minimis non curamus, Natta cons.448. num.16. & seq. Laderch. cons.3.num.5. Io.Mar.Nouar. decis. 137. num. 2. 41 42 43

Pariter quando solutio potest præseferre specimen pietatis non inducitur aditio, vt dicitur de solutione facta per filium dum erogauit aureum cum dimidio medico, qui matrem curauerat, Natta d.cons. 448. 44

45 448. *num.* 11. *& seq.* Nedum autem qui soluit, sed etiam offerens se soluturum debitum hæreditarium, eo ipso dicitur animum suum declarasse, *Surd. decis.* 317. *nu.* 5. vt etiam quando obtulit bona hæreditaria in solutum, *Chartar. d. decis.* 32. *nu.* 4. *& seq. Gratian. disceptat. forens. cap.* 79. *nu.* 31. *& seq.* 150 *nu.* 22. *et seq.*

46 Solutio mercedis testamenti facta Notario non inducit aditionem hæreditatis, quia inspectio testaméti est tantum actus præparatorius ad adeundũ: quemadmodum enim petitio testamenti, vt possit inspici non inducit aditionem, ita neq; solutio; quia non solent Notarij dare testamenta inspicienda sine mercede *Laderch. cons.* 3. *nu.* 5. *vers. Tertius actus.*

47 Exigens à debitoribus hæreditarijs dicitur adire, *Rota apud Farinac. decis.* 644. *nu.* 3. *p.* 2. *in recent: ss. Natta cons.* 140. *num.* 12. *Mathes. sing.* 35. *nu.* 6. *Mantic. de coniect. vltim. volontat. lib.* 12. *tit.* 12. *nu.* 14. *Surd. cons.* 12. *nu.* 50. *Cyriac. contr.* 244. *nu.* 12.

48 Qui debitum non soluit quandoq; dicitur adire, quia eo ipso videtur velle sibi retinere; vt de marito penes quem est dos materna filiorum, quæ, si nolint filij hæredes esse, venit restituenda proximioribus ipsius mulieris: & lapso anno si non haberet pater animum adeundi, nomine filiorum esset in mora, & non soluendo quodammodo delinqueret, & ita ad excludendum delictum dicendum habuisse animum adeundi, ita ratiocinatur *Bartol. in cons.* 129. *lib.* 1. & hanc rationem Bartoli defendit *Alex. cons.* 20. *lib.* 7. eam amplectuntur *Magon. decis. Flor.* 148. *nu.* 11. quamuis in *decis.* 14. *nu.* 13. dixisset id non esse admodum expeditum apud DD. *Morot. cons.* 11. *nu.* 10. *& seq. Farinac. decis.* 259. *nu.* 3. *p.* 2. *in recent.* eam esse communiter receptam testatur *Surd. decis.* 140. *nu.* 10. *cons.* 244. *nu.* 20. 253. *nu.* 32. 562. *num.* 7. Et si maritus pro se inducit talem præsumptionem res est indubitata, *Menoch. lib.* 4. *præs.* 101. *nu.* 90. *Bartol. in l. Gerit.* 86. *nu.* 28. *ff. de acquir. hæred.* ea autem

49 cessat quando vsusfructus deberetur patri etiam si filius nollet adire hæreditatem, vel id tenderet in damnum filiorum, & redundaret in commodum creditorum, *Hodierna ad Surd. decis.* 140. *num.* 18. *& seq.*

Aditio causatur etiam si darentur vestes quotidianæ defuncti pauperibus *Bartol. in l. Ex annuo* 16. *nu.* 2. *ff. de donation. inter vir. & vxor. Purpur. cons.* 495. *nu.* 3. non enim potest donare vt Dominus, nisi sit hæres, nec potest capi interpretatio, quòd fecerit alieno nomine: quia largiri de alieno quis non potest absq; furti crimine, & non audiretur allegans propriam turpitudinem, *Natta cons.* 448. *nu.* 19. 50

Sciat autem is qui vult adire hereditatem, se non posse mediante Procuratore actum complere, *l. Per Procuratorem* 90. *ff. de acquir. hæred.* vbi Bartolus rationem assignat, quia sola constitutio Procuratoris inducit aditionem, *Ludouis. decis.* 460. *nu.* 3. *Cyriac. contr.* 501. quòd tamen non ita absolutè admittit *Franc. decis.* 60. *nu.* 15. 51

Hæres scriptus in duobus testamentis factis diuersis horis, si ignoret quodnam illorum fuerit posterius, non applicet animum magis vni, quàm alteri, sed adeat ex eo, quòd comperietur vltimum, *Ang. ad l. Eum qui.* 51. *ff. de adquir. hæred.* & dicit se dedisse tale consilium Paduæ, & secundum illud dicit fuisse iudicatum, de quo mentionem facit *Paul. de Castro d. l. Eum qui. nu.* 4. si enim erraret dum adit nihil ageret, *Veral. decis.* 404. *nu.* 2. *&* 421. *lib.* 3. 52

Hæres sub conditione non potest adire, quia hæreditas non est in ea causa, vt adiri possit, *l. Is qui.* 13. *de adquir. vel omitt. hæred. lib.* 29. *P. tit.* 2. aditio enim statim suum effectum producere debet, *l. delata.* 151. *de verbor. significat. lib.* 50. *P. tit.* 16. debebit igitur petere bonorum possessionem de iure Prætorio, dum pendet conditio, *l. Hi demum.* 6. *de bonorum possess. secundum tab. lib.* 27. *P. tit.* 11. & tamquam hæres potest distrahere hæreditatem, *l. si quis instituatur* 23. *de hæred. instituend. lib.* 28. *P. tit.* 5. ad effectum scilicet vt creditoribus, 53 54 55

ditoribus,

ditoribus, & cæteris satisfaciat, tamquam curator datus bonis, *Surd.consf.*115.*n.*57. At quo ad reliqua, & validitatem testamenti expectandus erit exitus, id quòd obseruat *Menoch. consf.*105.*nu.*52. Si filius quoq; sub conditione hæres sit institutus: Iulianus peræque putauit, secundum tabulas competere ei, quasi scripto bonorum possessionem, qualis qualis conditio sit, etiam si hæc, *si nauis ex Asia venerit.* & quamuis defecerit conditio: Prætor tamen filium, qui admiserit secundum tabulas, tueri debebit, ac si contra tabulas acceperit; *l. Aequissimum.* 2. §. *si sub conditione de bonorum possess. secundum tabul. lib.*37. *P. tit.*11.

56 Debebit autem tempore congruo declarare propriam volontatem hæres, quia iuri adeundi, vel immiscendi præscribitur XXX. annis, *Bald. ad l. licet* 8. *nu.* 8. *Cod. de iure deliberandi. Balb. de præscript. p.* 4.
57 *quartæ part. principal. q.* 19. etenim ius adeundi est ius residens in persona, & omnia iura personalia tolluntur spatio 30. annorum: eiusdem sententiæ fuit *Bartol. consf.* 129. *in principio. lib.* 1. accedit *Gram. decisf.* 103. *nu.* 46. dicens ita tenere communiter DD. id etiam pro indubitato ponit *Puteu. decisf.* 54. *p* 3. quia filium exclusum à iure adeundi per longissimum tempus posse agere remedio possessorio ab intestato ibidem affirmat: communé hanc sententiam in Camera receptam testatur *Minsyng. centur.* 2. *obser.* 71.

58 Conuentus à legatarijs si nihil opponat, sed suscipiat iudicium, dicitur se immiscere, vel adire, *Gail. lib.* 2. *obser.* 128. *num.* 17. dum tamen conueniatur vti hæres, & hoc nomine sustineat litem, *Ludouisf. decisf.* 98. *nu.* 4. si etenim compareret vti filius, non reputaretur adire, *Alex. consf.* 72. *num.* 3. *lib.* 5. *Roland. consf.* 20. *nu.* 20. *& seq. vol.* 1. *Chartar. decisf.* 32. *nu.* 12.

59 Ex locatione rei hæreditariæ probatur aditio *Ludouisf. decisf.* 7. *nu.* 1. *Marta consf.* 70. *nu.* 16. potissimum si expresserit esse propriam, *Rota apud Farinac. decisf.* 543. *p.* 1. *in recentior. & decisf.* 495. *nu.* 2. *p. ea. Ludouisf. decisf.* 98. *nu.* 2. Quid si dum lo- 60
cat protestetur se nolle ob id adire hæreditatem: certè non erit hæsitandum super resolutione: quandoquidem non erit quærendum de interpretanda volontate actum gerentis, si illa est declarata per protestationem emissam, & quamuis non desint, qui contrariũ sentiunt, hanc tamen resolutionem amplectitur *Fachin. contro. iur. lib.* 6. *cap.* 55.

Qui constituit procuratorem ad peten- 61
dam hæreditatem sibi vti proximiori delatam, dicitur adire, licet transactio inita per illum procuratorem fuerit declarata nulla, obseruat *Cyriac. contr.* 501. *nu.* 1.

Qui facit pactum de non petendo, vel 62
liberat debitorem hæreditarium, eo ipso videtur adire: neq; enim potest liberare nisi primo adeat, *Surd. consf.* 244 *nu.* 19.

Qui de hæreditate delata disponit in 63
testamento, videtur illam adire, & eo ipso se obligat creditoribus hæreditarijs *Surd. consf.* 128. *nu* 23. *Noalis de transmiss. casf.* 8. *nu.* 104. & licet postea reuocetur testa- 64
mentum, non reuocabitur aditio, *Moler. semestr. lib.* 5. *different.* 5. *nu.* 2. Idem effectus resultat ex cessione hæreditatis, *Surd.* 65
decisf. 70. *nu.* 11. idq; nedum ad validitatem cessionis, sed etiam ad hoc vt subeat one- 66
ra hæreditaria ipse cedens: quia non potest quis esse pro parte hæres, & pro altera parte nequaquam, *Franc. decisf.* 32. *nu.* 10. *& seq.* vt etiam ex donatione, *Surd. decisf.* 138. *nu.* 25. Venditio hæreditatis, & ipsa præsupponit aditionem *Casanat. consf.* 10. 67
nu. 189. Idem quando contraxit super aliqua re hæreditaria, puta si constituerit 68
censum, & illum alteri concesserit, *Ludouisf. decisf.* 98. *nu.* 3.

Quando filius asserit se bona aliqua 69
patris possidere pro sua legitima, eo ipso dicitur adiuisse hæreditatem: quia legitima est pars hæreditatis, & non potest quis partem hæreditatis adire, & partem repudiare, *Molin. de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 14. & in nostris terminis tradit *Fachin. controuersf. iur. lib.* 6. *cap* 56. à qua opinione non recedit licet datus fuerit sub-

stitutus

stitutus vulgaris, vt tradit *cap. subsequenti.*

70 Qui confecit inuentarium non statim dicitur adiuisse, & hinc est quòd in *l. final. de iure deliberan. lib. 6. Cod. tit. 30.* post confectum inuentarium desideratur aditio, vel repudiatio, obseruat *Francis. Marc. 29. p. 1. Menoch lib. 4. præs. 101. nu. 96. Marta voto 134. nu. 9. Fachin. contr. iur. lib. 6. cap. 54. Laderch. cons. 3. nu. 5.*

71 Aditio hæreditatis magnam habet virtutem, nam per illam patrimonium hæredis, & patrimonium testatoris fit vnicum patrimonium, *Odd. de fideicom. q. 2. nu. 25.* per quamdam confusionem, *Magon. de-*

72 *cis. Florent. 48. nu. 12.* & ita obligatio confunditur: veluti si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hæreditatem, *l. stichum 95. §. Aditio. de solution. & liberat. lib. 46. P. tit. 3. l. debitori 7. de*

73 *pact. lib. 2. Cod. tit. 2.* Quinimo obligationem in totum tollit, quia habet vim solutionis *Io. Anton. Bellon. cons. 70. num. 8. Barbosa ad l. Quæ dotis 34. nu. 6. vers. Reiectis igitur. ff. soluto matrim. Surd. cons. 128. num. 24. 572. nu. 23. Horat. Giouagnon.*

74 *lib. 1. resp. 73. nu. 19. & seq.* Excipitur casus quando per dictam solutionem hæres incurreret in damnum, puta si fieret hæres vnius ex reis debendi, nam per fictam solutionem liberaretur alter, quod ne succedat aditio remanebit in puris terminis confusionis, *Negusant. de pignor. 1. m.*

75 *quinta par. circa finem nu. 54.* Quòd etiam foret dicendum vbicunq; hæreditas non esset irreuocabiliter acquisita, *Afflic. decis. 237.*

76 Nunc autem sciendum ius adeundi minimè reputari in bonis nostris, *Gratian. disceptat. forens. cap. 132. num. 5. Fontanel. de*

77 *pact. nuptial. cl. 5. gl. 8. p. 10. nu 22.* & proinde heredem institutum antequā adeat non posse dici locupletiorem, *l. Pretia re-*

78 *rum 63. ad leg. Falcid. lib. 35. P. tit. 2.* non enim quis fit dominus hæreditatis delatæ per solā delationem, idest, per ius adeundi illam, sed per aditionem illius *Odd. de fideicom. q. 19. nu. 47.* esseq; ius quærendum, & non quæsitum, dicit *Gail. lib. 2. obseruat.* *128. nu. 6.* Inde fit ne veniat sub obligatione futurorum *Franch. decis. 101. nu. 24. Surd. decis. 140. Gratian. disceptat. forens. cap. 271. nu. 27. & seq.* Non etiam comprehenditur sub donatione omnium bonorum *Franc. decis. 60. in p. dubio. Fontanel. d. p. 10. num. 24.* Ad heredes istud ius 79 80 81

minimè transit: hæreditatem etenim, nisi fuerit adita, transmitti, nec veteres concedebant, nec patitur Iustinianus *l. 1. §. in nouissimo. de caduc. tollend. lib. 6. Cod. tit. 50.* & per hanc legem dicit *Bartol. in l. Is potest 18. nu. 14. ff. de adquir. hæred* quòd hæreditas non adita non transmittitur, *Costa de facti scient. et ignorant. inspect. 88. Thesaur. forens. lib. 4. q. 78. num. 1. Noalis de transmiss. cas. 8. num. 1.* etiam si agatur de hæreditatæ filiæ delata patri, *Alex. cons. 42. nu. 7. lib. 7. Surd. cons. 341. num. 15. & seq. Thesaur. d. q. 78. nu. 2.* Non veniet igi- 82

tur in confiscationem omnium bonorum, tradit *Boss. de bonor. publicat. nu. 16. Clar. q. 78. nu. 25. Farinac. q. 25. nu. 141. Peregr. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. nu. 84. Surd. dicta decis. 140. nu. 7. Noalis d. cas. 8. nu. 9 Guaz. de confiscat. bonorum concl. 13. lim. 25. nu. 10.* Ex eo autem quod diximus esse ius 83

formandum, & non formatum colligit *Franc. decis. 60. nu. 2.* nequaquam posse cedi, qui etiam considerat illud pendere à volontate, quæ cedi non potest. Illud quoq; sequitur, quòd debitor repudians hereditatem sibi delatam, non dicitur facere in fraudem creditor, *Fontanel. de pact. nuptial. cl. 5. gl. 8. p. 10. nu. 23.*

SVMMAE.

Insignia doctoratus nu. 1.
Possunt exhiberi in loco sacro nu. 2.
Doctor factus præcedente examine rigoroso dignior nu. 3.
Item creatus à Principe nu. 4.
Doctor solo verbo creatus nu. 5.
Cedit creato examine præcedente nu. 6.
Non capit relictum, cum doctorabitur nu. 7.
Repertus imperitus potest reprobari nu. 8.
Potest priuari ob delictum nu. 9.

Insignia

Insignia doctoratus conferunt dignitatem nu. 10.
Chirurgum non debere doctorari nu. 11.
Iudæum non esse doctorandum nu. 12.
Præsertim in medicina nu. 13.
Spurio denegatur dignitas doctoratus n. 14.
Iniuriam faciens Doctori tenetur de vi publica nu. 15.
Causa est grauis quando agitur de fama doctoris nu. 16.
Pœna minuitur ob doctoratum nu. 17.
Comitissa nubens doctori non nubit indigno num. 18.
Princeps habet reuerentiam doctori nu. 19.
Doctoratus nobilitatem tribuit nu. 20.
Nobilitas vera quæ à scientia promanat num. 21.
Doctor præfertur nobili ex genere nu. 22.
Maiori fulget nobilitate nu. 23.
Doctores dicuntur splendere nu. 24.
Nobilitantur interius, & exterius num. 25.
Doctor exercens officium procurationis vilescit nu. 26.
Exercens officium Notarij nu. 27.
Non potest condemnari ad triremes n. 28.
Pœna triremium non imponitur nobilibus nu. 29.
Nobiles non afficiuntur pœnis plebeiorum nu. 30.
Nobilitas doctoris quando non reputetur eximia nu. 31.
Doctores non mancipantur carceri pro debito nu. 32.
Doctor non potest relinquere legitimam alio titulo, quàm institutionis nu. 33.
Doctores conueniuntur quatenus facere possunt nu. 34.
Siue sint medicinæ, siue legum nu. 35.
Doctores legum fruuntur prærogatiua quatenus legunt, aut de iure respondent n. 36.
Aduocationis officium laudabile nu. 37.
Doctor quamuis non legat dicitur Doctor nu. 38.
Doctorati qui dicantur nu. 39.
Legatum quando debeatur exercenti doctoratum nu. 40.
Doctores non possunt renuntiare priuilegio ne carcerentur nu. 41.
Senes non possunt renuntiare priuilegio ne carcerentur nu. 42.
Clericus non potest renuntiare priuilegio ne carceretur nu. 43.
Priuilegio tradito ob honestatem personæ non potest renuntiari nu. 44.
Mater debitrix non potest renuntiare priuilegio ne carceretur nu. 45.
Doctor non arctatur ad ostendendum priuilegium nu. 46.
Doctoratus insignia fuisse collata potest probari testibus nu. 47.
Doctores in electionibus præferuntur cæteris nu. 48.
Doctor præferendus nu. 49.
Doctores possunt portare arma nu. 50.
Delatio armorum non solis rusticis interdicta nu. 51.
Libri & si communes non sunt auferendi doctori nu. 52.
Post eius mortem poterunt diuidi nu. 53.
Doctor solet habere plures libros nu. 54.
Doctores non possunt torqueri n. 55.
Priuilegium quando cesset n. 56.
Declara n. 57. 58.
Pro doctore viget magna præsumptio n. 59.
Actus indifferens doctoris præsumitur potius iustus, quàm iniustus nu. 60.
Doctor præsumitur sine dolo quid fecisse n. 61.
Delictum præsumendum potius patratum ab eo qui non sit Doctor nu. 62.
Doctor habet priuilegium expellendi fabrũ malleantem nu. 63.
Ratio assignatur nu. 64.
Debet tamen exercere iuris peritiam n. 65.
Doctor qui addicit se alijs negotiationibus non gaudet prærogatiua n. 66.
Vt neq; qui se exercet in officio nu. 67.
Societas disciplinatorum, an possit expelli ob strepitum n. 68.
Studia impediens est remouendus n. 69.
Faber potest expelli è domo propria n. 70.
Et etiam quando præuenit n. 71.
In materia expulsionis fabri attendenda cõsuetudo nu. 72.
Doctor non tenetur hospitari milites n. 73.
Doctorum ingens numerus in Regno n. 74.

Scho-

Scholastici nituntur regulis n. 130.
Doctores pauperes n. 131.
Authoritati in terminis standum n. 132.
Argumentationibus non est fidendum num. 133.
Doctrinis generalibus non est adhærendum n. 134.
Dicuntur refugia miserorum n. 135.
Communis opinio fundata in regula non est magni momenti n. 136.
Doctoris authoritas in puncto habetur pro lege n. 137.
Reddit rem claram n. 138.
Præualet millibus ductis à similibus n. 139.
Hodiè creditur decisionibus n. 140.
Elaborandum in inuenienda decisione in terminis n. 141.
Doctori in terminis creditur quando non habet contradictorem n. 142.
Etiam quod loquatur sine lege n. 143.
Doctoris authoritas in terminis dicitur casus legis n. 144.
Opinio doctoris est probabilis n. 145.
Opinio doctoris in tractatu præualet alteri, quam tenuit legendo, vel consulendo nu. 146.
Consulentis opinio cur debeat præualere nu. 147.
Consulens magis oonsideratè procedit num. 148.
Pecuniæ auiditas potest prauertere iustum iudicium n. 149.
Opinio inter legendum præualet illi, quam inter consulendum tenuit n. 150.
Opinio præualet pro qua fuit iudicatum nu. 151.
Doctori attestanti de consuetudine, an sit credendum n. 152.
Quid de attestatione facta de consuetudine, vbiq; vigente n. 153.
Doctori attestanti de consuetudine certi loci creditur n. 154.
Declara n. 155. 156. 157.
Attestatio de consuetudine transfert onus probandi contrarium n. 158.
Doctor non potest pro vtraq; parte consulere n. 159.
Doctor non debet captare gloriam ex impugnatione communis opinionis n. 160.

DOCTOR.

CAP. II.

TANTA est doctoratus dignitas, tot ac tales Doctoris prærogatiuæ, vt non inutilis futura sit dissertatio hæc nostra. Duplici forma, solet conferri hæc dignitas: In vniuersitate præcedente rigoroso examine insignia Doctoratus
conceduntur, quæ sunt quinque ascen- 1
sio cathedræ in signum acquisitæ doctrinę, impositio byrreti, in signum coronę acquisitæ in fortissimo certamine: præsentatio libri clausi, & aperti, in signũ sapientię, in eius corde, & pectore clausę, pro eruditione totius mundi: annuli subharratio, in signum de sponsationis legalis sapientiæ: osculi exhibitio, in signum pacis, & amoris proximi, tradit *Gomez. ad l.*
Tauri 83. *n.* 17. Hæc & si fuerint in loco 2
sacro exhibita adhuc erit satisfactum, quemadmodum notat *Bertaz. cl. 2. gl. 1. n. 6. vers. Similiter quis.* quam normam si
seruauerit Princeps in creando Doctorẽ, 3
is dignior, & sublimior reputabitur secundum *Fel. in cap. per tuas. 7. n. 3. de maior. & obedient. lib. 1. D. tit. 33. Gomez. ad l. Tauri. 83. n. 17. vers. Circa prædicta. Gratian. di-*
sceptat. forens. cap. 186. n. 75. dignior enim 4
est is, qui consequtus est dignitatem à digniori, *Menoch. cons. 51. num. 29. & seq.*
Alius est modus quando solo verbo crea- 5
tur Doctor, vt apud eumdem *Gomez. loco citato, et Hended. cons. 80. n. 58. vol. 1. Gratian. d. cap. 186. num. 78. Aldouin. cons. 21.*
n. 13. Iste si concurrat cum Doctore prę- 6
cedente examine creato, ei cedere debebit, quemadmodum notat *Thesaur. foren.*
p. 1. q. 143. n. 25. neq; capiet relictum, cum 7
doctorabitur, *Gratian. d. cap. 186. nu. 78.*
Doctor creatus licet acquisiuerit ius, si 8
tamen comperiatur imperitus fauore publicæ vtilitatis poterit reprobari *Gratian.*

9 *disceptat. forens. cap.* 167. *nu.* 45. vt etiam
ob delictum poterit priuari facultate ei
attributa per collationem insigniorum,
neq;ad nouum postea admittetur examen
10 *Viui. decis.* 162. *n.* 6.

Illud in primis se offert obseruandum,
insignia doctoratus conferre dignitatem,
idq; passim legi apud nostros interpretes,
id obseruarunt *Bec. cons.* 192. *n.* 9. *Vulpel.
cons.* 141. *n.* 4. *Odd. cons.* 14. *n.* 18. *Milleloq.*
540. *n.* 2. *Peregr. cons.* 84. *n.* 30. *lib.* 1. *Fonta-
nel. de pact. nuptial. cl.* 3. *gl.* 1. *n.* 28. *Gizzar.
decis.* 10. *n.* 2. *Rota Bonon. decis.* 30. *nu.* 88.
11 ex quo infert *Card. Tusc. lit. M. concl.* 159.
n. 12. Chirurgum non debere doctorari,
quod in practica minimè seruari notat
Narbona lib. 3. *tit.* 16. *l.* 10. *gl.* 1. *n.* 2. & ob
12 hanc rationem non licere doctorare Iu-
dæum legimus apud *Bertaz. cons.* 502. *n.* 7.
13 *in criminal.* eum quidem non debere do-
ctorari in medicina tradit *Franc. decis.*
14 564. *n.* 4. Pari ratione doctoratus digni-
tas denegatur spurio *Viui. decis.* 162. *n.* 9.
15 Hinc etiam intelligimus facientem iniu-
riam Doctori teneri de vi publica, notat
Hieronym. à Laurent. decis. 58. *n.* 5. *Guid.
Pap. q.* 88. *in fi. Manent. cõs.* 101. *n.* 6. qui *n.*
16 30. dicit grauè esse causam quando agitur
17 de fama Doctoris Pœnam quoque mi-
nui ob doctoratum, vt potè conferentem
dignitatem notat *Bertaz. cons.* 505. *n.* 21.
18 *& seq.* Dicamus etiam Comitissam nu-
bentem Doctori non dici nubere indi-
gno, *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 6. *nu.* 22. quam-
tumuis illa magna sit, *Campeg. de dote p.* 1.
q. 13. *n.* 2. *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 7. *gl.
vnic. nu.* 63. *vol.* 2. *Pascal. de patr. potest.*
19 *p.* 2. *cap.* 5. *nu.* 68. Eis quoq; reuerentiam
habet Princeps, *Socin. Iun. cons.* 39. *nu.* 28.
vol. 2.

20 Nobilitatem quoq; tribuit doctoratus
quemadmodum notat *Gomez. ad l. Tauri.*
83. *nu.* 17. *vers. Vndecimum priuilegium.
Gratian. disceptat. forens. cap.* 590. *nu.* 20.
Caballin. milleloq. 540. *Socin. Iun. cons.* 39.
n. 27. *vol.* 2. *Ricc. decis.* 93. *nu.* 5. *p.* 2. *Pascal.
de patr. potest. p.* 2. *cap.* 5. *nu.* 71. *Guid. Pap.
q.* 88. *nu.* 2. *vers. & à populo. Valas. de iure
emphy. q.* 22. *nu.* 1. *vers. vel creatur doctor*; 21
& hanc esse veram nobilitatem testatur
Vulpell. cons. 141. *nu.* 3. quæ à scientia pro-
manat, *Alex. cons.* 213. *num.* 9. *lib.* 6. Et in
tantum est vera hęc nobilitas, vt de iure
Canonico Doctor præferatur nobili ex 22
genere, *Puteu. lib.* 1. *decis.* 126. maiori enim 23
nobilitate fulget, quàm is, qui est genere
nobilis, *Alex. cons.* 94. *n.* 2. *lib.* 1. *Ricc. decis.*
216. *nu.* 11. *p.* 1. Doctores enim dicuntur 24
splendere, veluti stellæ in perpetuas æter-
nitates, dicunturq; interius, & exterius no- 25
biles: Interius quia nobilitatur intelle-
ctus, & clarus, ac luminosus redditur:
exterius, quia intellectus illuminatus cor-
pus gubernat, & regit bonis, & virtuosis
moribus, *Salyc. ad l. Prouidendum* 7. *nu.* 3.
Cod. de postulan. nisi exerceat officium 26
Procurationis hinc inde discurrendo per
Curias, *Guid. Pap. q.* 388. *nu.* 10. *Farinac.
cons.* 94. *nu.* 5. vel exerceat officium No- 27
tarij, *Marta cons.* 56. *nu.* 6. *Farinac. cons.*
94. *num.* 5. in quo repugnat *Menoch. cons.*
908. *num.* 2. *&* 3. Propter nobilitatem ex 28
doctoratu adeptam quis non potest con-
demnari ad triremes, obseruat *Ricc. in sua
praxi decis.* 588. *num.* 5. *decis.* 93. *nu.* 5. *p.* 2.
hæc enim pœna non imponitur nobilibus, 29
Camill. de Laratha cons. 103. *num.* 16. qui
pœnis plebeiorum affici non debent, *Go-* 30
mez. ad l. Tauri. 83. *nu.* 17. *vers. Quintum
priuilegium.* Hæc autem nobilitas non 31
reputatur eximia, quando actu non legit,
vel in foro non versatur honorabiliter,
Horat. Giouagnon. cons. 21. *nu.* 48. *lib.* 1.

Doctores potiuntur priuilegio ne pro 32
debito carceri mancipentur, quia, & hoc
concessum est in litibus. *l. miles.* 6. *de re iu-
dic lib.* 42. *P. tit.* 1. *Gratian. disceptat. forens.
cap.* 706. *nu.* 55. *Farinac. cons.* 94. *num.* 6.
nam gloriosæ vocis munimine confisi do-
ctores laborantium spem, vitam, & poste-
ros defendunt, *Vulpell. cons.* 141. *num.* 9.
quod tamen non est accipiendum de pri-
uilegijs concessis militibus ratione sim-
plicitatis, vel ignorantiæ: & ob id Doctor
non habebit priuilegium relinquendi le- 33
gitimam alio titulo, quàm institutionis,

Merlin.

Merlin.de legitim. lib.5.tit. 2.q.6. Cæte-
34 rum à præcedenti prærogatiua illud quoq; profluuit, Doctores non posse conueniri nisi quatenus facere possunt, *Guid. Pap. q.388.nu 3. Parlador.rer quotid.lib 2.cap. fin p.5.§ 6.nu.*10. licet fortè satius esset dicere, ex ista profluere præcedentem conclusionem, vt obseruat *Caual. com. contra com. q.* 477. *nu.* 2.

35 Illud quæstionis est, num hoc priuilegio potiantur omnes Doctores indistinctè, siue sint Medicinæ, siue Legum. De vtrisq; indistinctè loquitur *Francis. Marc. q.659. n.3. p* 1. *Costa de facti scient. cent.2. distinc.* 32 *nu.* 12. De Medicinæ Doctore in specie loquitur *Peguer.dec.*163. *Ludo. decis. Lucens.* 6. quando actu legit, vel est
36 matriculatus. Quo verò ad Doctores legum, requiritur ipsos legere, aut de iure respondere, *Menoch.de arbitrar q.88.n.7. Borgnin. de tutor, & curator. num.*318. *& seq. Ioseph Ludouic.decis.Lucens.6.in fine, Francis. Merlin.Rot. Lucens.decis.*10. *Thesaur. forens.lib.*1. *q.99.nu.*2. & hoc magis communiter teneri probat *Farinac. q.* 27. *nu.* 83. *Mathes.sing.59.nu.* 5. non defuerunt tamen qui dixerunt, solum doctoribus docentibus competere, *Baeza de inope debitore cap.16.nu.* 127. *& seq.* Sed prior
37 sententia est verior: quoniam aduocationis officium laudabile est, & fauore dignum, neq; minus censentur prodesse Reip. aduocati, quàm milites, *Baez.dicto cap.* 16. *nu.* 137. & non minus ipsi quàm milites militant. *Francis. Marc.q.659.nu.* 3. *p.*1. & de vtrisq; loquitur *q.*636. Alcia-
38 tus existimauit solam professionem sufficere; nam Doctor, quamuis non legens, dicitur Doctor, *Gratian. disceptat. forens. cap* 291. *nu.*58. istos tamen nomine solum Doctores, quia nescirent, vel nolent docere, non gaudere priuilegio scribit *Roland.cons.66.nu.40.& 41.vol.*1. quos non
39 Doctores, sed Doctoratos appellabat Pius V. P. M. & respuebat, refert *Borrell. de Magistrat. edic.lib.*1.*cap.8.nu.*98. & eiusdem sententiæ fuit *Baez. de inope debitore cap.* 16. *nn.* 137. potissimum autem quando verba diriguntur ad effectum: veluti si factum erit legatum illi de domo sua, 40
qui studebit in legibus, & lauream consequetur erit eligendus: is, qui exercet, excluso altero non exercente doctoratum, *Gratian. disceptat. forens.cap.216.nu.* 89.

Huic priuilegio ne carcerentur non 41
possunt renunciare Doctores, *Borgnin. de tutor, & curat.n.*318. *Merlin. Rot. Lucens. decis.*10.*nu.*4 *Gallarat. renunciat.*190.*nu.* 14. *vers. Doctor, & Aduocatus. Farinac. q.* 27. *nu.* 84. quia sit concessum fauore publico, & vt dignitas doctoratus præseruetur, subiungit tamen hodiè malè in Vrbe seruari. Porro consimilem renun- 42
tiationem factam per alias personas, quibus hoc datum est in priuilegium, ne pro debito carcerentur, minimè sustineri probat *Gratian.disceptat.forens.cap.*328.*n.*13. *& cap.* 506. *nu.* 17. *& seq.* vbi verba facit 43
de sene, Clericum non posse huic priuilegio renuntiare tradit *Gallarat. cent.* 2. *renunt.* 181. quotiescunq; enim traditum 44
est aliquod priuilegium ob honestatem personæ, vel sexus ei renunciari non potest *Farinac. q.27.nu* 62. *Cancer. var. resolut.p.3. cap.8. nu.*99. De matre debitrice 45
id est indubitatum quemadmodum obseruat *Pascal. de virib patr.potest. p.2.cap. 9. nu.* 16. Ad gaudendum autem præro- 46
gatiua concessa Doctoribus non erit necessarium ostendere priuilegium, quia sufficiat stetisse per annos decem in quasi possessione doctoratus, quod etiam pote- 47
rit probari testibus, *Ursil. ad Afflic. decis.* 274. *nu.6. Viui.decis.*162. *nu.*5. *Iason.cons.* 149.*nu.*6.*vol.*4.

In electionibus prærogatiua gaudent, 48
nam cæteris præferuntur, *Rota apud Farinac. decis.677.nu.*1. *in nouit.nouiss. & Ludouis. decis.* 11. *nu.* 4. quæ relata est inter recentior. *p.* 2. *decis.* 36. obseruat etiam hanc præeminentiam *Mastrill. decis.* 130. *nu.* 14. Hoc optimè seruabat P. V. P. M. cui dum quidam non ex infimis Prelatis esset magno fauore præpositus, respondit illum non esse Doctorem, aut scientiæ alicuius, refert *Borrell. de Magistrat. edic. lib.*1.

lib.1.cap.8.num.97. Illud non est omit-
49 tendum, quòd si duo Doctores concurrant, Doctior, licet iunior, erit præferendus. *Viui. decis. 162. nu.1.*
50 Familia non debet scrutari Doctores de armis, *Bartol. ad l. Medicos. 6. in fine. de profess. & medic. lib. 10. Cod. tit. 52. Pascal. de virib. patr. potestat. p. 2. cap. 5. num. 75.* possunt enim portare arma, *Gomez. ad l. Taur. 83. n. 17. vers. septimum priuilegium.*
51 *Farinac. q. 108. nu. 95.* non tamen ea ratione, quòd solis rusticis esset interdicta delatio, vt perperam aliquos sensisse tenet *Tiraq. de nobilitat. cap. 20. nu. 69.* sed quia generalis prohibitio super delatione armorum non extenditur ad Doctorem *Farinac. cons. 45. nu. 44.*
52 Libri, & si sint communes non sunt auferendi Doctori, vt neque arma militi: & ideo fratres erunt contenti æstimatione, *Gratian. disceptat. forens. cap. 50. nu. 26.*
53 dum scilicet viuit, quia eo mortuo extinguitur priuilegium, & ita erunt diuidendi, *Ang. Aret. cons. 45. nu. 27.* Et hoc priui-
54 legium non est leuis considerationis: nam Doctor solet habere multos libros, vt ex illis veriora eligere valeat, *Gratian. discep. forens. cap. 186. nu. 89.*
55 Doctores non possunt torqueri *Gomez. ad l. Tauri. 83. nu. 17. vers. Quartum priuilegium. Farinac. q. 41. nu. 37. Roman. sing. 242. nu. 3. Vulpel. cons. 141. nu. 2. Marsil. in prac. §. Expedita nu. 29.* Et consuetudo in contrarium non valeret, *Gram. voto 1. nu. 12. Eugen. cons. 63. nu 88. vol. 1.* neq; iudicem illa excusaret, *Vulpell. cons. 83. nu. 12.* quia Diuo Marco placuit, eminentissimorum, nec non perfectissimorum virorum vsq; ad pronepotes liberos, plebeiorum pœnis, vel quæstionibus non subijci, *l. Diuo Marco. 11. de quæstionibus*
56 *lib. 9. Cod. tit. 41.* Vbi tamen de falso essent impicti cessaret priuilegium, *Gram. voto 25. nu. 5. Eugen. d. cons. 63. num. 89.* vbi excipit casum læsæ maiestatis, & priuati carceris. Aliam declarationem adhi-
57 bet *Gram. d. voto 25. nu. 2.* prærogatiam tribuendā Doctori actu legenti, vel exercenti munus aduocationis, vbi certus & determinatus numerus admitti solet. Istam prærogatiuam admittit *Guaz. de deffens. reorum. deffens. 191. cap. 1. num. 10.* 58
quando Doctor examinatur vti testis. Magna quoq; pro doctore viget præsumptio, *Socin. Iun. cons. 39. num. 29. vol. 2.* & 59
ideo actus indifferens præsumitur potius iustus, quàm iniustus, *Socin. Iun. cons. 39. nu. 31. vol. 2.* quia semper præsumitur sine 60
dolo aliquid fecisse, *Farinac. cons. 60 nu. 57.* & si agatur de delicto quod potuit ab 61
vno ex duobus committi, si alter eorum sit Doctor, præsumemus patratum ab altero, *Socin. Iun. d. cons. 39. nu. 30.* 62

Habet priuilegium expellendi fabrum malleantem, *Franc. Marc. qu. 634 n. 1. p. 1. Menoc. de arbitrar. cas. 237. Gomez. ad l. Tauri. 83. nu. 17. vers. decimum priuilegium. Gratian. disceptat. forens. cap. 186. nu. 12.* fuit autem concessum ne studia impedirentur, vt idem *Gratian. notat nu. 13.* & ob id erit necessarium, quòd iuris peritiam exerceat, vt apud *Menoch. de arbitrar. d. cas. 237. nu. 30.* si enim libros vendidisset, vel super libris digito scribi posset, nō gauderet prærogatiua, quemadmodum obseruat *Socin. Iun. in l. 1. nu. 272. ff. solut. matrim.* quemadmodum neq; gauderet quando vellet alijs negotiationibus se addicere, *Gratian. discept. forens. cap. 186. nu. 23. & seq.* qui enim habet titulum officij; nec in eo se exercet, non consequitur aliquod beneficium, *Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 2. q. 6. nu. 5.* siue nolit, siue nesciat illud exercere, *Honded. cons. 80. num. 59. vol. 1.* Adeo fauorabile est istud priuilegium, vt si societas disciplinatorum suis clamoribus disturbaret studia Doctoris deberet recedere, vt probat *Iason. cons. 218. vol. 2.* licet de hac assertione dubitet *Menoch. d. cas. 237. num. 26.* quilibet enim qui suo officio, vel artificio impedit studia remouendus, notat *Barbos. l. 1. p. 7. nu. 54. vers. Amplia idem esse. ff. solut. matrim.* Huic autem priuilegio erit locus etiam quòd domus esset propria ipsius fabri, *Manent. cons. 91. nu. 1.* Quid 70
quando

Margin numbers in right column: 63 (malleantem), 64 (impedirentur), 65 (peritiam), 66 (gauderet), 67 (titulum), 68 (est istud), 69 (impedit).

71 quando faber præuenit? si Doctor veniat habitatum propriam domum adhuc poterit expellere *d. conf.91. num. 6.* vt etiam expelleret, si doceret non potuisse alibi cõmodè habitare, notant supradicti *Francis. Marc q.634. nu.3. p.1. Menoch.d.cas. 237. nu.23. Gratian. d. cap.186. nu.18. &*
72 *seq.* Non reticebo in hac materia expulsionis fabri debere attendi consuetudinē *Bartol.ad l.1.nu.30.ff.soluto matrim. Francis. Marc. q.634. num.3. p.1.* cui standum esse obseruat *Barbos.d.nu.54.vers.Amplia secundo.*
73 Doctor non tenetur hospitari milites, nam Imp. Constantinus Doctores legum ab omni functione, & ab omnibus muneribus, vel ciuilibus, vel publicis immunes esse præcepit: & neq; in Prouincijs hospites recipere, nec vllo fungi munere voluit, *l. Medicos.6. de professor. & Medicis. lib.10. Cod.tit.52.* quam legem habere locum in omnibus Doctoribus licet actu non legant, notat *Roland conf.66. nu.37. vol.1. Pascal. de virib. patr.potestat.cap.5. p.2. nu.76. Cancer. var.resolut. p.3. cap. 5. nu 73. Viui decis.162. num.11.* vbi testatur
74 in Regno istud priuilegium per contrariā consuetudinem esse abrogatum, ob ingentem Doctorum numerum, *Mastrill. de Magistrat. lib.3. cap. 10. num. 190. Io. Mar. Nouar. de priuileg. miserabil. personar. priuileg. 105. nu.6.* & sic aduocati, cau-
75 sarum patroni fruentur priuilegio, *Menoc. de arbitrar. cas.379. nu.3. Mastrill. de Magistrat. lib.3. cap 10. nu. 190.* Non tamen licentiati solum gaudebunt, *Menoch. d. cas. 379. nu.13.* fuit autem concessum hu-
76 iusmodi priuilegium nedum ob incommoditatem, quæ studijs adfereretur per hospitationes, sed etiam ad constituendam aliquam differentiam inter Doctores, & plebeios, *Gomez. ad l.Tauri.83. nu. 17. vers. sextum priuilegium.* Cæterum
77 priuilegio non potientur Doctores solum nomine, *Menoch. d.cas.379. nu.12.*
78 Opinio excellentis Doctoris excusat litigatorem à temeritate *Gratian. disceptat.*
79 *forens cap.235. nu.51.* quia Doctoris auctoritas facit rem dubiam, *Surd. decis 58. num. 188. nu. 9.* vt propterea non debeat 80
condemnari in expensis, notat *Gomez. ad l.T auri.83. nu.17. vers. Nonum priuilegiū. Cyriac. contr. 196. nu. 90.* non item contrahens cum consilio Doctoris poterit cō- 81
demnari vti vsurarius *Cyriac. contr. 169. nu. 29.* quando tamen cum scientia concurrit etiam integritas conscientiæ: nam 82
sola peritia non sufficeret, neq; excusaret *Gratian. disceptat. forens. cap.235. nu. 54.* quia non sufficit Doctorem esse excellentem, nisi sit etiam timoratæ conscientiæ, 83
Gratian. disceptat. forens. cap.235. nu. 54. 527. nu. 34. & in tantum consideratur timorata conscientia, vt cæteris paribus po- 84
tius sit adhærendum Doctori probitate fulgenti, quàm alteri, *Farinac. in repertor. iudicial. q.14. nu.38.*

Cum in forensi hac palestra maior dif- 85
ficultas se offerat in discernendo quarum opinionum sit reputāda communior, quia vbi non sit euidenter erronea, ea in iudicando erit sequenda: ideo in eo totus debebit esse aduocatus in descernendo, quibus Doctoribus hinc inde deductis sit præstanda fides. In primis debebit osten- 86
dere Doctores sibi met contradicentes fore de numero subducendos, quoniam eis non sit credendum, *Bec. conf.143. num. 44. Surd. conf. 173. nu.90. Rot. Bonon. decis. 107. nu. 7. in select. Rot. apud Farinac. decis. 642. num.6. p.2. in recentiss. Gall. ad consuetud. Alexand. præfat.8. num.13.* habentur enim tanquam testes vacillantes, 87
Bertaz. conf.42. nu.20. in ciuilib. & conf.2. nu.24. 212. nu.7. in criminal. inconstantes enim tamquam mendaces fidem perdunt 88
Menoch. conf 37. nu.173. & ostendunt voluisse potius inseruire amico, aut auro, quàm veritati, & sic non merentur numerari pro aliqua ex partibus *Franc. decis. 240. nu. 16.* In summa contrarietas in Doctore est turpis, *Boer. decis. 62. nu. 12.* 89
cui non licet variare etiam facto variato, *Marta conf. 1. nu. 2.* saltem de honestate, 90
Farinac. repertor. iudicial. q. 14. num 29. Quia tamen aliqui Doctorem inconstantem

tem non omnino respuant, *Farinac. repertor. iudicial. q.* 14. *nu.* 14. quia prudentis sit
91
92 mutare consilium, *Idem nu.* 28. erit considerandum, quam opinionem examinando tenuerit, poterit enim pro ea parte ad-
93 duci *Menoch. cons.* 3. *nu.* 30. Item erit considerandum vtram opinionum sæpius tenuerit, *Menoch. cons.* 144. *nu.* 17. 459. *nu.* 14. *Roland. cons.* 60. *nu.* 45. 67. *nu.* 33. *vol.* 1. *Claud. Bertaz. ad cons.* 82. *Bartholomei lit. C. in criminalibus, Fusar. cons.* 17. *num.* 75. 86. *nu.* 3. 153. *nu.* 3. *Rot. Bonon. d. decis.* 107. *nu.* 7. *P. Anton. Anguis. cons.* 77. *nu.* 3. *lib.* 6. Alias considerationes cumulauit *Farinac. in repertor. iudicial. q.* 14. *num.* 20. *& seq.* Procurabit demonstrare maiorem mereri fidem Doctores à se inductos, quia disputant materiã, & illam ex professo tractant:
94 Doctori enim disputanti materiam magis creditur, quàm non disputanti, *Farinac. q.* 103. *nu.* 164. *Surd. cons.* 311. *n.* 62. *Laderch. cons.* 42. *nu.* 15. *Roland. cons.* 44. *nu.* 35. *vol.*
95 4. Et sic subscriptio Doctoris non est magni facienda, quia non constat ipsum discussisse negotium, *Bertaz. cons.* 6. *nu.* 51. *in ciuilibus.* vt etiam magis credimus illi,
96 qui omnibus erutis difficultatibus aliquid affirmauit, *Bertaz. cons. ciuil.* 52. *nu.* 18. *Io. Mar. Nouar. de priuileg. miserabil. person.*
97 *priuileg.* 101. *nu.* 6. authoritas enim Doctoris loquentis per transennam non est attendenda, *Surd. cons.* 317. *num.* 21. 341. *nu.* 36. 449. *nu.* 9. *Menoch. cons.* 51. *num.* 54. 240. *nu.* 58. *Rot. Bonon. decis.* 25. *num.* 54. *in select. Anton. Monach. decis. Bonon.* 40. *punc.* 4. *nu.* 30. *Surd. decis.* 238. *num.* 9. 322.
98 *num.* 82. *Fusar. cons.* 140. *nu.* 14. nam qui per transennam aliquid dicunt assimilantur auibus, quæ eo volant vbi alia volabit, *Menoch. cons.* 51. *nu.* 54. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 32. *ad finem.* Iterum *Menoch. cons.* 37. *nu.* 172. *Rolan. cons.* 100. *nu.* 50. *vol.* 2. *Bertaz. cons.* 6. *nu.* 53. *in ciuilib.*
99 *Cauat. p.* 58. *nu.* 24. Quare tales Doctores non debent connumerari ad faciendam communem opinionem, *Rouit. cons.* 21. *nu.* 1. *Thes. forens. lib.* 1. *q.* 35. *nu.* 19. *Molfes. in explicat. procemij in consuet. Neapol.*

num. 19. *to.* 2. *Castil. quotid. controuers. p.* 4. *cap.* 31. *nu.* 99. *& seq.* 100

Non etiam connumerari debent ij, qui aliquid dixerunt ad ornatum, vt sæpe contingit, *Roland. cons.* 1. *nu.* 4. *vol.* 1. *Bertaz. cons.* 103. *nu.* 27. *Rot. Bonon. decis.* 57. *nu.* 28. 101
quia tunc licet allegare doctrinas alioqui reprobatas, *Gozad. cons.* 28. *num.* 32. *vers. Præterea cons.* 96. *nu.* 8. De numero quoq; 102
suoducendi, qui per modum repertorij refferunt dicta aliorum, prout de additionibus Alexandri ad Bartolum dixit *Ruin. cons.* 83. *nu.* 6. *lib.* 1. quia vt ibi dicitur, additiones non tendunt ad determinandũ, sed ad rememorandum. Quando pari- 103
ter citantur aliqui Doctores quorum scripta non reperiuntur, ij non faciunt numerũ, vt obseruat *Bertaz. cons.* 52. *nu.* 19. *in ciuilib.* siquidem Doctoris authoritas non est attendenda quando illius dicta non possunt videri in fonte *Giurb. cons.* 30. *nu.* 10. *Menoch. cons.* 204. *n.* 86. *Christofor. Mart. Medic. decis.* 69. *nu.* 24. quia legi non potest in quo casu loquatur, & si legeretur, 104
forsan dignosci posset aliqua casuum diuersitas, quæ licet foret modica, posset tamen iuris resolutionem mutare, *Idem Medic. decis.* 10. *nu.* 47. Erit quoq; respi- 105
ciendum ad iura, quæ allegantur per Doctores: nam secundum illa sunt intelligendi, iuxta obseruationem quam facit *Bartol. in l. Non solum* 9. §. *si liberationis* 2. *num.* 7. *ff. de liberatione legata. Dec. cons.* 1. *nu.* 7. *Mars. in repetit. Rubr. de fideiuss. nu.* 50. *Anton. Monach. decis. Flor.* 49. *nu.* 10. *& decis.* 51. *nu.* 24. *decis. Bonon.* 40. *punc.* 7. *nu.* 44. *Afflic. decis.* 73. *nu.* 4. 321. *num.* 16. *Cenc. de censib. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 3. *nu.* 2. *Picardus inter consilia Menochij cons.* 52. *nu.* 65. *Idem Menoch. cons.* 136. *nu.* 25. 213. *nu.* 12. 247. *nu.* 26. 356. *nu.* 16. *Surd. cons.* 9. *nu.* 50. 177. *nu.* 21. 251. *nu.* 10. 271. *num.* 40. 491. *nu.* 32. *Neuizan. cons.* 72. *nu.* 26. *Cyriac. contr.* 58. *num.* 17. 118. *nu.* 30. 283. *nu.* 19. *Ludouic decis. Perus.* 8. *nu.* 21. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 689. *nu.* 28. 891. *num.* 48. *Marta de iurisdic. cas.* 164. *nu.* 5. *Corn. cons.* 26. *nu.* 4. 61. *num.* 6. 256. *nu.* 3. *vol.* 1.

vol.1. Hartm.Pistor. q.48.nu.17.vers.sed doctrinis.p.1. Mar. Ant.Amat. decis.38. nu.19. Io.Baptista Hodierna ad l.Hac edictali. q 7.nu.27. & prius *q.3.nu.26.Fontanel. decis.264.nu.2. Bec. cons.52.num. 97. Gall.cons.22.nu.17.Honded.cons.3.nu.31. vol.1.45.nu.57.101.nu.46.vol.2. Francis. Anton. Costa cons.2. nu.98. 57.nu.32.70. nu.30. Eugen.cons.8.nu 41.Horat.Giouagnon cons.20.nu.25. Rota apud Farinac. decis.474.nu.9.p.2.in recentior.Rot.Bonon. decis.25.nu.57.43.nu.71.57.num.29.107. nu.8.Io.Mar.Nouar.forens.p.1.q.135.nu 7.Ricc.p.2. decis.105.nu.11.Io.Anton.Rubeu.cons.40. nu.3. Marta cons.1.num. 42. Ciarlin.controuers. forens.lib.1.cap.15.nu. 16. & cap. 48. nu.51.96. nu. 14. Farinac.*
106 *repertor.iudicial.q 14.num.45.* Nedum autem est regulandum Doctoris dictum ab authoritate ab ipso allegata, sed etiam à ratione pariter per ipsum adducta *Corn.*
107 *cons.124.nu.25.vol.2.* Hæc autem procedent in dubio, *Menoch. cons.90.num.55.*
108 *401.nu.113.471.nu.39* & quando obscurè loquitur, *Menoch.cons.766.num.16.* vel
109 indefinitè loquitur, *Anton. Monach decis. Flor.51.num.* 24. nam si clarè loqueretur, tunc foret dicendum authoritates adductas non probare illius assertionem, & eũ malè referre dictum authoris à se citati,
110 *Surd. cons.135.nu. 66.* In concursu Doctorum diuersimodè sentientium magis credendum ijs, qui distinguunt *Grat. cons.118.num.6.lib.1.Io. Anton. Rubeus Alex.cons.149.nu.12.Rot.Bonon.decis.65. nu.41.in select.Francis. Anton.Costa cons.*
111 *70.nu.30. Ciarlin.controuers. forens.lib.1. cap.15.num.78.* adeo vt dictum Doctoris indistinctum intelligendum sit secundum dicta aliorum distinguentium *Ant. Monach.decis.Bonon. 40.punc.7.nu.33.Barz. decis.93.nu.10. Hieronym. Morsic.apud Fusar.cons.41.nu.138. Gratian.disceptat. forens. cap.456.num.37. & seq. Corbul. de causa priuat.ob non solut.Canon.q.12.nu.4. Scayn.decis.11.nu.24.* præsertim si res reducatur ad dubium, *Surd. decis. 126*
112 *num.12.* quia distinguens sit magis proximus veritati, *Francis. Anton. Costa cons. 7.nu.62.47.nu.33.68.nu.30.Giurba cons. 75.nu.11. Beretta cons.134.nu.27.Bertaz. cons.96.nu.17. Surd.cons.346.nu.10. vol. 3. Mantic. de coniectur. vltim. volontat. lib.8.tit.3.nu.8. Ciarlin.controuers.forens. lib.1.cap.40.nu.23.cap.15.nu.78.Guaz.de defens.reorum in præfat.num.37.Bertaz.in sua repetit. l.si quis maior. Cod.de transact. num.54. cl.30. gl.3.nu.21.* Et qui nescit distinguere non tenet formam dissoluendi 113
dubitationem, *Ciarlin. controuers. forens. lib.1. cap. 22. nu. 46.* Doctor quando refert hinc inde rationes, & mox respondet 114
rationibus adductis pro altera partium, censetur reprobare eam opinionem, cuius rationes reprobauit, *Socin. Sen. cons.252. nu.17.vol.2.Scipio Rouit.cons.4.nu.5.& 6.* Item quando duas refert opiniones, & 115
neutram eligit, videtur transire cum ea, quam vltimo loco retulit, *Socin.Sen. cons. 252.nu.17. vol.2. Menoch.cons.214.num. 61.986.nu.37.Eugen.cons.55.nu.36.vol.2. Francis.Solsona de laudim.4.p.princip.nu. 37. Ludouic.decis. Perus.29.nu. 28. Socin. Iun. cons.14.nu 10. vol.1. Farinac. in repertor.iudicial.q.14.nu.39.Guaz.de defens. reorum in præfat.n.37.*

Non reformidet oppositionem desumptam ex dictione, *forsan, fortè*, & simili: 116
nam Doctor quoad se dicitur decidere, *Bertaz. cons.423. n. 11. in criminal. cons. 114. nu. 3. in ciuilib. Surd.cons.444. n.15. decis.78.n.4.& seq. Bertaz.cl.14.gl.6.n.3.* & in hoc sensu talis dictio accipitur apud *Paul.I.C. in l.si duo rei 34.de recept. qui arbitr. lib.4.P. tit. 8.* notat *Alex. cons. 19. n.11.lib.5.* alia loca indicat *Bec. cons. 33. n.7. Boss. in tit. de inquisit. n.52. vers. Nec defendas. Ciarlin. controuers. forens. lib. 1. cap. 17.n. 140. cap. 19.n.30. Barbos. dict. 126.& 127.Grat. disceptat.forens. cap.21. n.21.*

Scimus tenere Doctorem consultantibus responsum dare quemadmodum obseruat *Corn. cons.35.n.1. vol.3.150.n.2. vol.4.* & propterea opere pretium erit ad quamplura respicere, ipsum in hoc ne- 117

gotio obseruanda.

118 In primis considerandum tempus quo quis aditur pro consilio; si etenim ante factum desideratur consilium, illud sincerius dandum: post factum non ita restricte procedimus: & ideo dicitur nos plura ante factum consulere, quorum contrarium post factum sustinemus, *Molin.de primog. lib.2. cap.8. n.41.* Cæterum

119 habebit illud præ oculis, vt quæ dicturus est, lege, ratione, aut authoritate confirmet, quia Doctori nihil alleganti non sit credendum, *Surd. cons. 308. n.12. vol. 3. decis.59. n.8. Viui. decis.162. n.17. Fusar. cons.32. n.9. Io. Mar. Nouar. forens. p. 1. q. 134. n. 9.* quantumuis sit magni nominis, *Galuan. cons. 25. n. 19.* & hac ratione refellit opinionem Iasonis, *Odd. cons. 69. n.90.* & reputatur dictum somniantis *Anton. Monach. decis. Bonon. 40. punc. 4. n. 14.*

120 *Cyriac. contr. 248. n.17.* quia est considerandum quid dicat, & non quis dicat, *Cy-*

121 *riac. contr. 50, n. 3. 148. n. 45.* Doctoris enim dictum probationem desiderat, quia necessitatem non adfert *Fontanel. decis. 148. n.13.* vis enim non consistit in eorum auctoritate, sed in ratione, *Manent. cons. 2. n.1.* In primis autem curabit suam consultationem legum authoritate munire, quia illæ præualent Doctorum authoritatibus, notant *Mar. Anguss. cons.62. n.27. vol.1.* & quia turpe sit Doctorem sine lege loqui, *Guid. Pap. q.88. n.2. Corn. cons.127.*

122 *n 6. vol.3.* quo casu appellamus Doctorem necessitatis, quæ non habet legem *Grat. disceptat. forens. cap.186. n.41.* eiq; nullam præstamus fidem, *Grat. cons.94. n.45. lib. 2.*

123 *Mars. cons. 53. n.33.* subdens neq; glossam tenendam, licet multæ authoritatis, quando nihil allegat, & de dicto Bartoli carente confirmatione alicuius legis obseruat *Ancharan. Inn. q. 34. n.6. p.1.* quia eius authoritas eatenus probat quatenus lex, quam allegat docet, *Roland. cons.39. n.32. vol. 4.* Vbi non adest lex adducat rationem vrgentem suadente *Corn. cons. 256. n.4. vol.1.* Demum ad Doctorum autho-

124 ritates confugiat, illæ enim multum valent vbi non adest lex, *Surd. de alim. tit.1. q.44. n.14.* qua in re magnus habendus erit delectus: etenim illorum tres sunt classes: 125
alij sunt antiqui, alij medij, alij moderni. Antiqui Doctores sunt illi, qui floruerunt vsq; ad annum salutis 1240. Medij sunt, qui à dicto anno 1240. claruerunt vsq; ad annum 1400. Moderni verò, qui floruerunt ab anno 1400. vsq; ad præsentem diem, *Farinac. repertor. iudicial. q.14. n.4.* Doctores antiqui primas tenent, quia præstantiores, *Farinac. d. q.14. n. 5. et 6.* 126
M. Ant. Amat. decis. 11. n 22. allegatio tamen modernorum est proficua; quoniã quòd plerique alij Doctores ab eisdem relati simul, & semel in medium deducunt, & quæ ipsi laboribus maximis, & præstanti ingenio ex omnimoda lectione ne diligentissimaq; obseruatione collegerunt, & composuerunt, quis vno intuitu eis omnibus perfruetur, *Ludouic. decis. Perus. 76. n. 15.* Insuper vbi agitur de attestantibus communem opinionem, aliquid approbasse, iuniores in ea assertione præualent, *Guaz. de defens. reorum in præfat. n. 37.* Studeat autem Doctor punctuales inuenire decisiones, quia qui probat per decisiones est valdè commendandus, *Intrigl. cons.13. n.75.* & hoc est proprium Doctoris, scholasticorum autem est inniti regulis, *Roland. à Valle cons. 87. n. 16. vol. 3.* & Doctores qui de iure respondent per generales regulas reputantur pauperes, *Petr. Caball. cons.49. n.11.54. n. 11. Gall. ad consuetud. Alexand. præfat. 8. n. 11.* At quando habemus authoritates in terminis illis statur *Anton. Monach. decis. Bonon. 11. n 86. & decis. 40. punc. 4. n. 15. Octau. Zuchar. decis crimin Rot. Lucens. 31. n 21.* omissis argumentationibus, *Fusar. cons.9. n.16. cons. 15. n.6. 24 n.61. 46. n.8. 96. n. 9.* ni velit se inuoluere *Cyriac. contr. 248. n.22.* nec non doctrinis generalibus *Ant. Monach. decis. Flor. 66. n.7. Barz. decis. 16. n.2. Fontanel. decis. 89. n.1.* quæ in praxi dicuntur refugia miserorum, *Christofor. Mart. Medic decis. 99. n.37.* & etiam prætermissa communi opinione, quæ fundatur

127 128 129 130 131 132 133 134 135

datur

datur in regula, *Fusar. conf.24. nu.60.&*
137 *conf.30. nu. 17.* Porro Doctoris authori-
tas in puncto habetur pro lege *Sesse decis.*
230.n.5.et seq. Francis. Solsona de laudim.
138 *q.princ.4.n.38.* redditq; rem claram *Chri-*
stofor Mart. Medic. decis.80. nu.18. &
139 præualet millibus deductis à similibus,
Francis. Ant. Costa cons 67.n.31. maximè
temporibus istis *Magon. decis. Flor. 26.*
140 *n. 28.* quibus non creditur legibus, & ra-
tionibus, sed solum decisionibus *Bertaz.*
141 *cons.62. nu.42.* vt ideo nihil magis elabo-
randum sit, quàm reperire decisionem ali-
cuius Doctoris in terminis, *Magon. decis.*
Lucens.7. num.29. Anton. Monach. decis.
142 *Bonon. 40. punc. 4. nu.15.* Et tanto magis
Doctori in puncto allegato creditur, quã-
do non habet contradictorem, *Ant. Mo-*
nach. decis. Flor. 1. nu.39. etiam si loqua-
143 tur sine authoritate, *Surd. decis.229.n.35.*
Ciarlin. controuers. forens. lib.1. cap.44. nu.
29. Gratian. disceptat. forens. cap.282.n.19.
144 *335.nu.23.* dicitur enim casus legis quan-
do nullum habet contradicentem, *Surd.*
cons.313.n.43.379.nu.23. & si quid com-
muniter, & diuersum esset receptũ adhuc
non attenderetur, quando communis opi-
nio esset fundata in rationibus remotis à
casu, qui in controuersia foret in *Sylua*
nuptial lib.5. nu.72. Gall. cons.20. nu. 1. &
in hoc sensu possumus admettere asser-
tionem *Bec. cons.207. nu.6. Surd. cons.313.*
nu.43. quòd scilicet Doctoris dictum sine
lege loquentis plurimum valet, licet enim
145 opinio Doctoris non sit necessaria est
tamen probabilis, *Nicol. Intrigl. sup.*
Bulla, & pragm. de censibus lib.1. q. 35. nu.
4. Socin. Iun. cons.181.n.56. vol.2. cons.62.
n.21. vol.3. Curt. iun. cons.132. in principio.
Farinac. in repertor. iudic. q.14.n.1. Multũ
quoq; momenti habebit alia considera-
tio, in quibus scriptis aliquid affirmauerit
Doctor: nam opinio Doctoris quam te-
146 nuit in tractatu, præferenda illi, quam
adstruxit legendo, vel consulendo, *Berta-*
zol. cons.114. num.3. in ciuilib. Farinac. q.
103. n. 164. & in repertor. iudicial. q. 14.
n.17. quamuis *Decian. resp.55.n.16. lib 5.*
existimet illam præualere, quam tenuit 147
consulendo: quia credendum noluisse
propriam conscientiam onerare, cuius
opinionis fuerunt alij apud *Menoch. cons.*
124. nu.82. Io. del Castillo controuers. iur.
lib.3. cap.19. nu.18. Farin. repert. iudicial.
q. 14. nu. 16. Et etiam quia consulendo
magis consideratè procedit, & in discur- 148
su lectionum DD. sæpè errauerint, *Mar.*
Anguss. cons. 282.n.8. & seq. Contrarium
tamen asseruit *Laderch. cons.35. num. 13.*
quia pecuniæ auiditas potest præuertere 149
iustum iudicium, *Rouit. cons. 94. num.*
33. & oculos cæcare, *Hieronym. à Lau-*
rent. decis.78. nu.7. P. Ant. Anguss. lib.6.
cons.9.n.3. & cons.66.n.5. & seq. & quòd
multoties æris potius, quàm veritatis stu-
dio ducantur in consulendo, notat *Ca-*
still. de vsufruct. cap.41.n.8. innuit *Alciat.*
præs. 51. nu. 2. vers. præsertim in consilijs,
& de priori assertione dubitauit *Menoch.*
cons.18. n.21. Ob supradictam rationem
opinio Doctoris, quam tenuit legendo
præfertur illi, quam consulendo approba-
uit *P. Ant. Anguis. lib.6. cons.9. num. 3.* 150
& quando dubitatur quarum opinionum
debeat præferri, illa præualet quæ habuit
inter legendũ plures fautores, *Marc. Ant.*
Amat. decis.11.n.23. Vt autem maius ro- 151
bur accedat opinioni Doctorũ pro se ad-
ductorũ, ostendat pro ea fuisse iudicatũ, &
extare decisionẽ Curiæ, Rotæ, Parlamen-
ti, *Bertaz. cons.52.n.21.114.n. 4. in ciuil.*
Doctori attestanti de consuetudine 152
non esse credendum multi tenent, *Hon-*
ded. d. cons.101. n.39.110. n.19. vbi testa-
tur de communi, *Giurba cons.64. num.22.*
Mar. Anton. lib.3. resolut. 44. nu.3. vers.
Primò fuit responsum. Rota apud Farinac.
decis.289. n.1. p.1. in recentis. Borrell. cons.
32. n.71. Ludouis. decis.274. n.5. vbi Bel-
traminus adducit decisiones Rotæ, *Ho-*
rat. Giouagnon. cons.21.n.52. lib.1. Bertaz.
cons.56. nu.7. & cons.432.n.4. in criminal.
cons.27. n.6. in ciuilibus. Gozad. cons.35.
n.12. Eugen. cons.61. n.24. 82. n.43. vol.2.
Menoch. cons.516.n.3. Contrarium tenuit
Iason. in l. Cum dubitabatur n. 57. Cod. de

iur. emphyteut. Paul. de Castr. cons. 164. *n.* 1. *p.* 2. verba faciens de attestatione facta à Baldo, quā dicit mereri fidem propter authoritatem attestantis, quia non sit credendum, quòd ita affimasset, nisi id sciuisset, & tanto magis id procedere, quando agitur de re antiqua, cum ista opinione transit *Caroc. decis.* 78. *num.* 8. *Adrian. Negusant. q.* 84. *nu.* 11. *Mastrill. decis.* 117. *nu.* 6. Eugenius verò variauit: nam in *cons.* 64. *nu.* 24. *& seq. vol.* 2. cum ista opinione transit, & in *cons.* 82. *nu.* 43.
153 *vol. eo.* alteri se applicat. Difficultas in eo versatur, num sit standum attestationi factæ de consuetudine vbiq; vigente, negatiuè respondidit *Marta de iurisdic. cas.* 95. *n.* 24. idem censet *Farinac. q.* 21. *n.* 92. *Guazz. de pace q.* 87. *n.* 7. quasi non possit testari de consuetudine illius regionis in qua non est versatus, *Bertaz. cons.* 27. *nu.* 17. *Horat. Giouagnon. cons.* 70. *nu.* 63. *lib.* 1. Censet tamen *Guaz. de defens. reorum in præfat. nu.* 40. facere præsumptionem transferentem onus probandi contrariū in aduersarium. Securius igitur erit tenere Doctoris attestationem circa consuetudinem, restringi ad locum in quo ipse versabatur *Farinac. q.* 14. *n.* 32. quando
154 igitur attestatur de consuetudine certi loci ei credendum: *Socin. Iun. cons.* 60. *n.* 10. *vol.* 2. *Roland. cons.* 71. *n.* 22. *vol.* 1. *Menoc. cons.* 1. *nu.* 164. *cons.* 54. *n.* 6. 92. *nu.* 55. *Laderch. cons.* 202. *n.* 4. *Aldouin. cons.* 12. *nu.* 20. 91. *nu.* 34. 104. *n.* 16. *Bec. cons.* 67. *n.* 32. *Farinac. q.* 45. *nu.* 17. *& seq. Bertaz. cons.* 27. *n.* 17. *Surd. cons.* 311. *n.* 15. *Rot. Bonon. decis.* 60. *n.* 29. *in select. decis.* 101. *n.* 3. *Eugen. d. cons.* 61. *nu.* 25. 82. *nu.* 40. *Adrian. Negusant. q.* 237. *n.* 1. Conclusionem de-
155 clarant aliqui, vt procedat, quotiens Doctor attestans de consuetudine, diu versatus est, in loco: ita eadem *Rot. decis.* 85. *n.* 17. *Roland. cons.* 94. *nu.* 22. *vol.* 4. estq;
156 Doctor illustris, *Mar. Anguiss. cons.* 6. *nu.* 12. *vol.* 1. *Farinac. repertor. iudicial. q.* 14.
157 *nu.* 56. estq; omnino recipienda conclusio, quando plures Doctores de eadem consuetudine attestarentur, *Guaz. de Tregua* §. 1. *q.* 12. *nu.* 13. & illa non reuocatur in dubium ab alio Doctore, *Marta cas.* 7. *nu.* 11. Alij credunt facere tantum præsumptionem *Surd. decis.* 64. *n.* 11. & transferre onus probandi contrarium in ad- 158
uersarium, *Guaz. de tregua* §. 1. *q.* 12. *num.* 3. *Gall. cons.* 99. *nu.* 93. *Laderch. cons.* 141. *nu.* 2. *Gozad. cons.* 59. *nu.* 18. *Adrian. Negusant. q.* 237. *n.* 2. 330. *n.* 44. *Horat. Giouagnon. cons.* 46. *num.* 30. *Flam. de Rubeis cons.* 36 *num.* 13. *Intrigl. sup. Bulla, & pragm. de censib. lib.* 1. *q.* 5. *nu.* 14. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 479. *n.* 24. Principalem conclusionem in dubium reuocat, *Petr. Anton. Anguiss cons.* 3. *nu.* 12. *lib.* 1. *Anell. Amat. cons.* 41. *n.* 9. *Silu. Aldobrand. cons.* 70. *n.* 5. *lib.* 1. non tamen à communi supradicta recedendum.

Doctor de honestate non potest pro 159
vtraq; parte consulere, licet quandoq; non lædatur conscientia: & argutè hoc vitio datum fuit Decio à Socino: nam cum esset interrogatus ab eodem pro qua parte consuluisset, respondidit, pro qua parte consuluit dominatio vestra, refert *Caroc. de locato tit. de fructib. & lit. expens. q.* 8. *num.* 73.

Curet Doctor se cōformare cum com- 160
muni opinione ne videatur velle captare gloriam ex impugnatione communis opinionis *Guaz. de pace q.* 34. *nu.* 4.

SVMMAE.

Domicilium originis est immutabile nu. 1.
Non potest ei renunciari nu. 2.
Potest interdici subditis ne aliò transferant domicilium nu. 3.
Manet eius virtus, & si alibi habitauerit quis n. 4.
Decuriones possunt reuocari domum num. 5.
Quilibet remanet hypothecatus propria patria nu. 6.
Habitationem aliò transferens non gaudet commoditatibus concessis incolis n. 7. 12.
Munera personalia obeunda in loco originis nu. 8.
Forum originis amittitur, quando domicilium

Haben

Habens duo domicilia si fuerit interdictus, populus vnius loci, donec ibi habitat erit & ipse interdictus n.73.
Frequentius commorans in aliquo loco dicitur illius parochia n.74.
In concursu domicilij originis, & habitationis quodnam debeat praualere n.75.
Domicilij appellatio magis ad incolatum refertur n.76.
Subditi denominatio magis ad incolatum refertur n.77.
Habitatio reddit subiectum statutis n.78.
Forum sortiri, & statutis ligari paria sunt n.79.
Habitans in confinijs duarum ciuitatu m dicitur habere vtrobiq; domiciliũ n.80.
Habens domicilium superfluè citatur ad illud eligendum n.81.

DOMICILIVM.

CAP. III.

Iuersæ solent constitui domicilij species per nostros interpretes, quas in vnum congeremus, vt sciamus, quæ & quales illæ sint censendæ.

Quia autem maior pars nostrorum interpretum, duas tantum species recenset, apparebit ipsos haud complexos fuisse omnis generis domicilia: est quidem verum quòd ad duo principalia capita possunt omnes reduci: etenim domicilium vnum potest dici naturale, aliud accidentale: istud rursus subdiuidi potest in alias duas species, alterum ministerio legis, aliud facto hominis acquisitum, & istud rursus in alias duas species partiri potest, nimirum in particulare, & commune.

1 Domicilium originis, siue naturale, illud habet peculiare, vt sit immutabile, quemadmodum obseruat *Bartol. in l. Assumptio 6. ff. ad municipal. Soc. Sen. cons. 35. n.7. vol.1. Botr. decis. 13. n. 12. Menoch. cons. 80. n. 11.* & ita fuisse decisum in Reg. Cam. refert *Didac. de Mari in addit. ad decis. Gram. 87. n.4. Surd. cons. 346. nu. 11. & seq. Gallarat. to. 2. renuntiat. 2. num. 46.* ostendens ob id neminem posse spontè illi 2
renunciare *Bertaz. cons. 103. n.2. in ciuilibus, Roman. cons. 39. versus finem.* potissimũ si superioris interueniat prohibitio, *Io. Anton. Bellon. cons. 5. n. 70.* potest enim
interdici subditis sub pœna confiscationis 3
bonorum, ne aliò transferant domicilium, *Horat. Giouagn. cons. 90. n. 8. lib. 1.* & manet eius virtus, licet originarius per longissimũ 4
tempus alibi habitauerit, *Gratian. discept. forens. cap. 75. n. 11.* Quare Decuriones 5
quos sedibus Ciuitatis, ad quam pertinent, relictis, in alia loca transmigrasse probabitur, præses Prouinciæ in patrium solum reuocare, & muneribus congruentibus fungi curabit, *l. Decuriones 1. de Decurion. lib. 50. P. tit. 2.* sic qui originem ab Vrbe Roma habent, si alio loco domicilium constituerunt, munera eius sustinere debent. *l. Et qui originem 3. de muner. & honor. lib. 50. P. tit. 4.* & incola ijs Magistratibus parere debet, apud quos incola est; & illis apud quos ciuis est, nec tantum municipali iurisdictioni in vtroq; municipio subiectus est, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet, *l. Incola 29. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.* statim enim 6
quòd quis nascitur remanet hypothecatus propriæ Patriæ, latè prosequitur *Roman. cons. 59. n. 1.* Cæterum quo ad com- 7
moda Ciuibus impertita, illis non gaudebit habitationem suam alio transferens, *Rota decis. 327. n. 5. p. 1. in nouiss.* erit igitur distinguendum cum *Bartolo d. l. Assumptio §. 1. n. 2.* Aut enim agitur de oneribus subeundis, aut de facultate conueniendi in iudicio: si de oneribus illa distinguenda, aut enim sunt personalia, & obeunda 8
in loco originis, quia eis primo loco remansit obnoxius, *Gail. lib. 2. obser. 36. nu. 5.* dicens isto sensu veram esse propositionẽ *Alex. in cons. 100. n. 14. lib. 3.* quòd domiciliũ originis minimè amittitur quamuis incolatum alio transtulerit, *Menoch. cons. 1176. n. 5. & seq.* & quòd is qui recesserit possit cogi ad subeundum onera in propria

pria patria tradit *Surd. conf. 346. nu. 12.* si vero sint patrimonialia, obeunda in loco in quo sita sunt bona quo verò ad facultatem conueniendi, ea exercebitur in loco
9 originis, quatenus ibi fuerit repertus conueniendus, quia forum originis amittitur, quando domicilium originis relinquitur, & alibi nouum constituitur, *Gail. lib. 2. ob-*
10 *ser. 36. n. 6. & 11.* ad iurisdictionem respexit *Socin. Sen. conf. 101. n. 6. verf. Pro hoc facit vol. 1. Alc. conf. 9. n. 37. lib. 2.* nam ex eo quòd habeatur ratio iurisdictionis dicit domicilium incolatus esse potentius domicilio originis, tradit itidem *Alba conf.*
11 *258. num. 12.* Si tamen iudicio criminali agatur poterit aliter responderi: nam Iudex loci originis ad querelam partis, & etiam ex officio procedit contra delinquentem in loco domicilij, sed condemnationem faciet iuxta dispositionem statutariam illius loci in quo deliquit, *Clar. §. final. q. 39. verf. Sed quæro n. 4. Bec. conf. 93. per totum,* vbi confutat tenentes negatiuam, eamdem communiorem, & vsu receptā testatur *Farinac. q. 7. n. 20.* quamuis aliqui dissenserint, vt apud *Tes. decif. 90. sub finem n. 6. Menoch. conf. 911. per totum.* Distinctionem Bartoli approbauit *Socin. Sen. conf. 79. n. 21. vol. 4.*

12 Cæterum si agatur de honoribus, & prærogatiuis competentibus ciuibus in loco natis, eis non fruetur, qui alio incolatum transtulit, neq; in loco originis onera sustinet, *Surd. conf. 313. n. 62. et seq. Cyriac. contr. 504. num. 90.* quam propositionem amplectitur indistinctè etiam quo ad onera *Afflic. decif. 384.* licet dicat consiliarios fuisse inter se diuersos, eam strenuè defendit *Honded. conf. 5. num. 26. & seq. vol. 1.* potissimum quando nedum recessit, sed deseruit locum originis, quia se collocauit in diuersa Prouincia diuerso Principi supposita, *Laderch. conf. 74. n. 5. verf. Neq; obstat,* quòd non contingebat apud vete-
13 res Romanos rerum dominos, *Costa de ratione Rata q. 92. n. 7.*

14 Retenta autem opinione, quæ stat pro conseruatione domicilij originis, in concursu statutorum loci originis, & loci habitationis, præualebit statutum loci originis, *Roman. conf. 39. in fine,* sequitur *Soc. Sen. conf. 254. in fine vol. 2. Menoch. conf. 329. n. 38. Surd. conf. 343. nu. 30. 346. nu. 8.* potissimum in materia successionis, vt *ibid.* subiungit, & tradit *Bero. conf. 135. nu. 16. & seq. vol. 2.* theoricam in hoc docet 15
Baldus relatus per *Surd. conf. 346. num. 3.* quòd si in vna eademq; persona concurrit domicilium originis, & incolatus, tunc si in actu de quo agitur consideratur principaliter, & in se persona, attendendum sit statutum, & domicilium originis, sed si principaliter consideratur res, tunc esse attendendum domicilium habitationis.
Dicimus principaliter considerari perso- 16
nam, si statutum dicat, si quis offenderit Florentinum, & proinde erit accipiendum de Florentino origine, non autem incolatu *Socin. Sen. conf. 79. n. 29. vol. 4. Ruin. conf. 120. n. 8. vol. 4.* De actu concernente bona loquitur *Menoch. conf. 656. n. 6.* & dicit attendendum statutum loci incolatus.

Non est tamen per omnia vera theorica Baldi, & in contrarium firmat regulam *Afflic. decif. 384. n. 14.* & ita ad discernen-
dum, cuius parochiæ sit quis, quærimus 17
eius incolatum, non autem originem, *Va-*
lenz. conf. 37. nu. 21. & id seruatur in cele- 18
bratione matrimonij, *Ric. decif. 106. nu. 3. p. 2.* quando verò cum incolatu concurrit origo paterna res est indubitata, notat *Bero. conf. 173. n. 45. vol. 1,* exemplum ha-
bemus apud *Honded. conf. 5. nu. 25. vol. 1.* 19
loquitur de nato in Vrbe ex patre Eugubino, qui postea transtulit domicilium Eugubium. Alia quoq; prodita est doctri-
na, quòd statutum domicilij prohibitiuum 20
præualet statuto alterius domicilij permissiuo, *Socin. Sen. conf. 79. num. 26. vol. 4.* Vtcunq; autem affirmare possimus effe-
ctus domicilij originis cessare ob recessum 21
à patria, non tamen efficietur quin ille semper dicatur oriundus ex patria in qua natus est, dicat quicquid velit: nam adsumptio originis, quæ non est, veritatem naturæ non peremit, errore enim veritas

originis

originis non amittitur, nec mendacio dicentis se esse vnde non sit, non deponitur: neq; recusando quis patriam, ex qua oriundus est: neq; mentiendo de ea, quam non habet, veritatem mutare potest, *l. Adsumptio 6. Ad municipal. lib. 50. P. tit. 1. l. origine 4. de municipibus, & originar. lib. 10. Cod. tit. 38. Gail. lib. 2. obser. 36. nu. 5.*

22 Domicilium contrahitur ex legis dispositione, quando lex voluit Senatores in sacratissima vrbe domicilium dignitatis habere. *l. Senatores 8. de incolis, & vbi quis. lib. 10. Cod. tit. 39.* licet autem Senatores in vrbe domicilium habere videantur: tamen & ibi, vnde oriondi sunt, habere domicilium intelliguntur: quia dignitas domicilij adiectionem potius dedisse, quàm permutasse videtur, *l. Senatores 11. de Senator. lib. 1. P. tit. 9.* Inde notat *Menoch.*
23 *cons. 692. num. 8. & seq.* Præfectum castri sortiri domicilium ratione officij, accedit
24 *Cyriac. contr. 450. nu. 1. & seq.* vt & Prælatum ratione prælaturæ obseruat *Cancer. var. resolut. p. 5. cap. 12. nu. 230.* Quòd
25 autem dignitas adijciat domiciliũ, & antiquum nõ mutet affirmat *Boss. in tit. de pœnis. nu. 43.* in fine, & ita Senatum Mediolani declarasse, Simonetam, inter Rotæ Romanæ auditores, receptum, & Biragum officialem Taurini posse acquirere immobilia in Statu Mediolani, non obstante Nou. Constit. dispositione. Cum hac resolutione pugnat conclusio firmata à quãpluribus, quòd existens in loco ratione officij non contrahat ibi domicilium, vt de quodam exercente officium Præturæ tradit *Alba cons. 534. num. 3. Menoch. cons. 1129. nu. 16. Custa de retrotrac. cap. 9. cas.*
26 *14. nu. 11.* Diffidium potest temperari hoc pacto; quod superius citati loquantur de domicilio per dignitatem adiecto, isti verò de domicilio quod voluntate hominis acquiri solet: qui enim per occasionem officij se transtulerunt ad locum, non possunt videri eo accessisse, vt ibi constitue-
27 rent domicilium. Aliter quoq; responderi potest distinguendo inter officia ad tempus data, & ea quæ sunt perpetua, & durante vita eius in quem fuerunt collata,
Bero. cons. 60. nu. 26. vol. 2. Aliud exem- 28
plum adiectionis domicilij nobis præbet matrimonium, siquidem Imp. mulieres honore maritorum erigunt, genere nobilitant, & forum ex eorum persona statuunt, *l. Mulieres 9. de incolis, et vbi quis. lib. 10.*
Cod. tit. 39. reputantur itaq; illius Ciuita- 29
tis in qua degit maritus, vt notat *gl. in l. Ciuis. 7. verbo. Alectio. de incolis. lib. 10. Cod. tit.* cuius meminit *Bartol. in l. final. § Item rescripserunt mulierem. nu. 3. ff. ad municipal.* licet subiungat se nescire legem dicentem, quòd efficiatur ciuis. Traditionem gl. amplectitur *Iason. cons. 77. nu. 6. vol. 3. Gozad. cons. 79. nu. 5. Tiraq. l. connub. 1. gl. 1. p. 1. nu. 29.* aliorum authoritatibus corroborat *Tesaur. decis. 123. nu. 9. Cyriac. contr. 273. nu. 14.* Eamdem præ-
rogatiuam retinent dum in viduitate ma- 30
nent, *Laderch. cons. 64. nu. 3.* notans mulierem nequaquam forensem dici in loco in quo habitabat maritus, *Gabr. cons. 29. nu. 33. vol. 2.* reprehenditq; Albam existimantem, mulierem mortuo marito amittere priuilegium domicilij mariti, suum ta-
men semper retinet domicilium mulier, 31
Iason. in l. si arrogator. 22. nu. 44. vers. facit optimè ff. de adoption. Bertazz. cons. ciuil. 103. nu. 2. Alba cons. 23. nu. 10. 258. nu. 6. Ruin. cons. 49. num. 9. vol. 3. Bald. cons. 139. num. 2. lib. 5. Beretta cons. 143. nu. 2. Laderch. cons. 104. nu. 6. Surd. cons. 560. nu. 10. Merenda controuers. iur. lib. 6. cap. 30. Eam proinde subditam dicit *Plot.*
cons. 19. nu. 33. quia recessus procedens à 32
necessitate non debet ei obesse, *Beretta cons. 95. nu. 10. Costa cons. 19. sub nu. 37. Bertaz. cons. 103. num. 20. Menoch. cons. 1086. nu. 3. & seq. 1140. num. 25.* & hoc argumento vtitur *Beretta d. cons. 95. in fine.*
ad demonstrandum bannitum non perde- 33
re ius originis, non desunt tamen asserto-
res contrariæ sententiæ, mulierem scilicet 34
nuptam perdere domicilium originis, vt apud *Ancharan. lib. 1. q. 9. num. 9. & seq.* & post ipsum *Tesaur. decis. 123. num. 12.*

Sed

Sed à priori sententia non recederem, nedum ob rationem cui innititur, sed etiam quia est erronea quæ pro ista adducitur quandoquidem minimè verum est, quod fœmina amittat agnationem, illam enim retinet quoad viuit, non tamen illam pro-
35 pagat. Mulier igitur ligabitur statutis suæ originis, *Surd. cons. 540. num. 7. & seqq.*
36 etiã quoad onera, dummodo nõ retrahatur à seruitijs viri, sic tenet in specie *Ruin. cons. 49. nu. 9. vol. 3. Surd. cons. 560. nu. 10.*

37 Illud autem notandum, concubinam haud sequi domicilium amasij, dum cum eo habitat, vt apud *Ric. decis. 106. n. 4. p. 2. Guaz. defens. 1. cap. 26. n. 23.*

Non etiam est prætermittendum, quòd si ante matrimonium susceperit iudicium coram competente Iudice, sententia à priore Iudice rectè feretur, *l. Cum quædam puella 19. de iurisdict. lib. 2. P. tit. 1.*

38 Domicilium hominis facto acquiritur, dum se transtulit ad aliquem locum animo ibi commorandi, quòd incolatus appellamus, qui quidem animus nedum expressè, sed etiam tacitè declarari potest, vt obseruat *Menoch. cons. 692. nu. 11.* Dixi
39 requiri animum in loco commorandi: sola enim habitatio non est sufficiens ad contrahendum domicilium, quia hæc duo inter se differunt, *Menoch. cons. 329. nu. 33.*

De declaratione animi expressa non est quod differamus, quia illa per se satis vnicuiq; patere potest; quare ad tacitam nos
40 conuertemus, quam esse eliciendam ex coniecturis tradit *Menoch. de arbitrar. cas. 86. Gratian. disceptat. forens. cap. 181. Cyriac. contr. 448. n. 32. Farinac. fragm. criminal. p. 1. lit. D. n. 228.*

41 Præcipuum argumentum desumimus ex eo, quòd quis larem, rerumq; ac fortunarum suarum summam constituerit in loco vnde rursus non sit discessurus, si nihil auocet: vnde cum profectus est, peregrinari videtur: quod si redijt, peregrinari iam destitit, *l. Ciues 7. de incolis, & vbi lib. 10. Cod. tit. 39.* nam diligentia cuiuslibet patris familias persuadet vnumquemq; ibi permansurum, vbi habet proprias fortunas, Philippus Casalis de Regio inter consilia Baldi, *cons. 311. n. 6. lib. 4. Roman. cons. 264. n. 2.*

Insuper vbi familiam constituit, non scilicet, vbi cum vna, vel cum duabus personis habitauit *Roman. ibid. num. 4.* Duo autem copulatiuè concurrere debent, fa- 42
ctum, & volontas *Dec. cons. 282. num. 11.* quia per se possessio non esset sufficiens, *Gabr. cons. 189. n. 20. et seq. vol. 2. Surd. cons. 483. n. 12.* Vt neq; sufficeret sola prote- 43
statio: nam domicilium re, & facto transfertur, non nuda contestatione, *l. Domicilium 29. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 181. n. 9.* neq; referet quòd bona, quæ ibi habet sint mobi- 44
lia *Menoch. cons. 329. nu. 6.* quia vis fit in translatione, *Ruin. cons. 58. num. 10. vol. 3. Alba cons. 370. n. 6. Menoch. de arbitrar. cas. 86. n. 18.* eoq; potentior erit cõiectura, 45
si vendidit bona quæ tenebat in loco alterius domicilij *Alciat. in l. Pupillus 239. §. Incola. n. 12. de verbor. significat. lib. 50. P. tit. 16.* vt neq; etiam referet illa fuisse 46
prius acquisita, nam se transferendo ad locum in quo possideat maiorem partem suæ substantiæ dicitur eo se transferre animo ibi commorandi, *Valenz. cons. 55. nu. 38.* licet acquisitio bonorum reponatur inter coniecturas suadentes animum permanendi in loco *Cyriac. contr. 448. nu. 51. Valenz. cons. 37. nu. 20.* quando aliter non appareret per recessum, *Roman. cons. 264. n. 2. & 3.*

Vxorem ducere in loco in quo habita- 47
mus arguere animum commorandi tradunt Doctores, *Dec. cons. 282. n. 11. Rot. decis. 105. num. 5. p. 2. in nouiss.* quia ibi con- 48
stituisse larem quis dicitur, vbi vxorem duxit, & retinet, *Bartol. ad l. 1. §. Habitare 3. de his qui deiecerunt vel effud. Cyriac. controuers. 448. n. 42. & seq.* est enim caput fa- 49
miliæ *Surd. cons. 483. n. 14.* Aduerte tamen quòd istud est argumentum habitationis, 50
vt considerat *Gram. decis. 87. num. 2.* nam potest quis habitare antequam contraxerit domicilium, & sic dicetur traducere

vxorem ad domum propriam, proinde ex hoc non esse inferendum ad constitutionem domicilij.

51 Onerum solutio, & supplicatio pro obtinenda ciuilitate designat animum volentis commorari in loco, vt consideiat *Alc. cons.164.n.5.& seq. lib.5. & ad l.Pupillus 239.§.Incola.n.12.de verbor.signific. lib.50. P. tit.16. Cyriac. contr.448.nu.37. Rot. apud Farinac. decis.188.n.2.p.2. in recentior.*

52 Longa habitatio, siltem decennalis, deseruit pro argumento volontatis habitantis in aliquo loco *Alc.cons.11.nu.12. lib.2. & d.§.Incola n.12. & ex Ang.* notat *Decian.tract. criminal.lib.4. cap.16.n.8. vers. & dixit, Ang. Paris. cons.12.nu.20. vol.3. Menoch.cons.390.n.6.692.n.12. Alderan. Mascard. de statut. generali interpretat. concl.6.n.189. Ludouic.decis. Perus.76.nu.12. Peregrin.decis.86.n.10. Tesaur.decis.123.n.10. Iason.cons.80.n.1. vol.3.* quòd spatium est sufficiens ex stat. Mediolani *cap.311. Royz.decis.lituan.3.n.133. Alex. cons.16.n.1.lib.1.* qui quidem cursus temporis facit, vt intelligamus contractum fuisse domicilium ab initio *Alc.cons.48.*

53 *n.4.lib.2.* Hæc vera, vbi non appatet de contraria volontate, sed versamur in dubio, alioqui longa habitatio, & iam supra decennium, non proficeret ad inferendum domicilium fuisse contractum, *Ioseph Ludouic.decis.Perus.76.n.11.& seq.* esto quod intercessissent centum anni, *Gratian. disceptat. forens.cap.824. num.36. & seqq.* Quare si quis accesserit ad locum ex particulari aliqua causa, puta studij, vel alicuius officij ad tempus exercendi, non dicetur ibi contraxisse domicilium, quemadmo-

54 dum de scholari, & assumpto ad officium à secretis concludit *Bero. cons.60.n.21. et seq.vol.2. Menoch. cons.1129.n.15.& seq.*

55 *Valenz.cons.37.n.39.* quia præsumitur habere animum recedendi *Viui. decis.477. n.2. Ruin.cons.18.n.1. vol.5.* & de eo qui

56 fuit conductus ad profitendum in publico Gymnasio, medicinæ nimirum professore, tradit *Iason. cons.77. n.5. vol.3. & Alba cons.534.n.3.* loquitur de eo qui erant in 57
loco propter officium Prçturæ, quod exercebat, & de Castellano alicuius loci non 58
contrahente domicilium ibi notat *Alc. cons.3.n.16.lib.2 Gratian.disceptat.forens. cap.181.nu.4.* Qui est in loco tamquam 59
fictabilis, & conductor bonorum non consideratur vti volens ibi perpetuo habitare & proinde non contrahit domicilium *Gall. cons.111.n.1.*

Cæterum aliqua ex exemplis antedictis non leuem patiuntur difficultatem, quia non simpliciter sit admittenda conclusio, officialem in loco in quo exercet officium non contrahere domicilium, adhibenda est siquidem distinctio, quam adduximus supra dum loquuti sumus de domicilio acquisito ex dispositione legis, vt etiam adhibendum est temperamentum traditum à *Gratiano disceptat. forens. cap.184.n.51. & seq.* vbi docet quoad aliqua officialem reputari incolam, sed non quoad omnia. Pati ratione reuocatur in dubium assertio 60
de scholari facta: quandoquidem, & ipse dicitur contraxisse domicilium si per decennium habitauit, vt ex Bartolo notat *Alex. in l. Cum filiusfamilias 17. n.2. ff. si certum petatur, Bero.cons.60.n.23. vol.2. Paris.cons.12.nu.21. vol.3. Menoch. cons. 692.nu.14. Alciat. reg.3. præs.29. vers. qui non dicuntur,* quod etiam trahunt ad Mercatorem, qui fuerit in loco per decennium 61
Paris. d.cons.12. Roland.cons.79. n.52.vol. 3. Ludouic.decis. Perus.76.n.14. Alc.cons. 164.nu.1.lib.5. Gratian. disceptat. forens. cap.592. n.6. Menoch. d. cons.692. num.13. Supradicta existimarem procedere in scholari ea ratione, quòd studiorum causa 62
non soleat tamdiu quis in loco morari, in dubio enim cursus decennij persuadet scholarem non habere animum recedendi, vt docet *Bartol. l. lex Cornelia 5. §. si tamen ff. de iniur. & famos. libell. Gratian. disceptat. forens. cap.181. num.6.* habemus textum in *l. Nec ipsi 2. de incolis, & vbi quis. lib.10. Cod. tit. 39.* vbi requirit quòd scholaris transactis X. annis constituat sibi sedes. Quo ad Mercatorem sciendum 63

ipsum

ipsum teneri se defendere etiam in loco, in quo non habet domicilium, dum tamen ibi conduxerit tabernulam, pergulam, horreum, armarium, officinamuè, *l. Hores absens* 19. *ante* §. *Apud labeonē de iudicijs. lib* 5. *P. tit.* 1. Quæ diximus de cursu tēporis non pertinent ad casū in quo constaret maturius de volontate contrahendi domicilium, quemadmodum obseruat *Muta decis.*81. *n.* 10. statim enim, ac quis declarauit suam volontatem incolatum acquirit, *Valenz. cons.*37. *n.*22. *Gail. lib.*2. *obser.*35. *n.*7. *Surd. cons.*174. *n.*11.

64

65 Demum adest domicilium commune, domicilium videlicet Imperij: nam qui sub Imperio domicilium habet, subditus Imperij dicitur, & legibus, ac constitutionibus Imperialibus subijcitur, notat *Gail. lib.*2. *obser.*36 *n.*3.

Inter superius recensita prima duo genera domicilij illud interest, quòd domicilium originis per quamcunq; assertionē non mutatur: quoniam adsumptio originis, quæ non est, veritatem naturæ non peremit: errore enim veritas originis non amittitur, nec mendacio dicentis se esse vnde non sit, non deponitur: neq; recusando quis patriam, ex qua oriundus est: neq; mentiendo de ea quam non habet, veritatem mutare potest, *l. Adsumptio* 6. *Ad municipal. lib.*50. *P. tit.*1. *l. origine* 4. *de municipib. & originar. lib.* 10. *Cod. tit.*38.

66 *Gail. lib.*2. *obser.*36. *n.*5. Domicilium hominis potest liberè dimitti, quod statim fit, ac quis se, suaq; bona in alium locū transtulit *Gail. lib.* 2. *obser.*36. *nu.*4. vt superius ostensum fuit: neq; enim simplex translatio de loco ad locum inducit mutationem domicilij, *Ric. decis.*72. *n.*5. *p.*3. quia per se non præsumitur *Menoch. cons.* 829. *n.* 12. & si fortè aliquæ concurrunt coniecturæ,

67 illæ per alias eliduntur, puta si in loco domicilij reliquerit maiorem partem bonorum, subijt eo loci onera, & consueuit sępius eo redire *Muta. decis.*5. *num.* 6. Et ob causam necessariam recessit, & cum primum potuit reuersus est, *Menoch. cons.*

68 329. *n.* 35. *et seq.* 692. *n.* 25. *& seq.* sed & illud amittitur nondum alio constituto, puta si quis domicilio relicto nauiget, vel iter faciat, quærens quo se conferat, atq; vbi constituat, *l. Eius* 27. §. *Celsus* 2. *Ad municipal. lib.*50. *P. tit.*1.

Circa domicilium habitationis, siue incolatus illud obseruandum, quòd illud potest constitui in pluribus locis, *Alciat. cons.* 12. *n.*7. *lib.*4. *& d. l. Pupillus n.*13. si vtrobiq; æqualiter collocauit quis, quemadmodum declarat *Afflic. decis.*384. *n.* 5. *Honded. cons.*5. *n.*44. *vol.p. Decian. tract. criminal. lib.*4. *cap.*16. *nu.*10. *Surd. cons.*313. *nu.* 71. *Farinac. fragm. criminal. p.*1. *lit. D. nu.* 222. *Valenz. cons.*37. *n.*28. Viris siquidem prudentibus placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium, si vtrobiq; ita se instruxit, vt non ideo minus apud alteros se collocasse videatur, *l. Adsumptio* 6. §. *Viris ad municipal. lib.*50. *P. tit.*1. Reges 70 verò habere domicilia nedum duo, sed plura obseruat *Alciat. ad dictam l. pupillus n.*13. nimirum in qualibet vrbe sibi subdita, licet habeant vnum principalius *Cancer. variar. resolut. p.*3. *cap.* 12. *nu.*229. difficilè tamen esse, vt quis habeat domicilium duobus in locis reputat Iulianus, in *l. Eius* 27. §. *Celsus* 2. *tit. eo.* ni admittamus obser- 71 uationem Hieronymi de Laurentijs *decis.* 140. *n.*4. per seruos domesticos, vel institores operantem in aliquo loco, ibi censeri habitare: Cæterum qui habet habitationē 72 in diuersis locis, poterit tàm in vno, quàm in altero loco citari, tenet *Bald. cons.*234. *n.* 2. *vol.* 1. *Guaz. defens.*1. *cap.*26. *nu.* 18. Quando autem quis habet duo domicilia, 73 & fuerit interdictus populus vnius loci donec ibi habitat, erit & ipse interdictus: sed si ad aliud domicilium se transferat in quo non fuerit factum interdictum, fruetur libertate illius loci, *Bonacin. de interdict. punc.*1. *proposit.* 2. *n.* 17.

69

Si quæratur cuius nam parochiæ debeat 74 censeri, is qui habet duo domicilia, respiciendum quodnam illorū sit principalius, puta si in vno loco frequentius commoratur, quàm in alio *Menoch. cons.*398. *nu.*23. *& seq.* Quòd si concurrat domicilium ori- 75

ginis,

ginis, & domicilium habitationis, non est omnino certum, quòd nam debeat preualere: *Alderan. Mascard. de general. statut. interpretat. conclus. 6. n. 191.* tenet pro domicilio habitationis, *Alciat. consf. 21. nu. 4. lib. 2.* sed alij præferunt domicilium originis, *Menoch. consf. 329. n. 38. 343. n. 30.*

76 Recensuimus plures domicilij species, addimus tamen appellationem domicilij ad incolatum magis propriè, quàm ad originem referri: nam Ciues origo, manumissio, allectio: incolas verò, sicut & Diuus Hadrianus edicto suo manifestissimè declarauit, domicilium facit, *l. Ciues. 7. de incolis, & vbi quis. lib. 10. Cod. tit. 39. l. Pupillus. 239. §. Incola. 2. de verbor. significat. lib. 50. P. tit. 16.* notat *Socin. Sen. consf. 79. n. 15. vol. 4. Guaz. defens. 1. cap. 26. n. 24.*
77 denominatio pariter subditi ad incolatum magis pertinet, *Socin. d. consf. 79. n. 13. Ruin. consf. 120. nu. 9. vol. 4. Gratian. disceptat. forens. cap. 431. n. 12. & seq.* nam per constitutionem domicilij quis efficitur subditus, *Dec. consf. 661. n. 6. Ludouis. decis. 255. n. 5. Surd. consf. 313. n. 66.* magis enim quis dicitur subditus ratione habitationis, quàm originis, *Cyriac. contr. 448. n. 56. 450. n. 7.*
78 & hoc ipso est subiectus statutis, & legibus illius loci *Gail. lib. 2. obseru. 35.* efficitur
79 quoq; fori eiusdem loci: quia paria sunt forum sortiri, & statutis ligari, *Alex. consf. 41. n. 5. lib. 5. Iason. consf. 80. n. 2. vol. 3. Bec. consf. 62. n. 20. Alc. consf. 3. n. 6. lib. 2. Boer. decis. 13. n. 14. Socin. Sen. consf. 79. n. 9. vol. 4. Laderch. consf. 74. n. 16. Gratian. disceptat. forens. cap. 431. n. 15. Ricc. decis. 124. nu. 7. p. 1. Marta voto 5. n. 2. Bero. consf. 155. n. 16. vol. 2. Surd. consf. 343. nu. 33. Cyriac. contr. 448. n. 54.*

80 Habitans in confinijs duarum Ciuitatū dicitur habere domicilium in vtraq; & propterea poterit puniri à iudicibus vtriusque Ciuitatis *Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 16. nu. 22.* sequitur *Guaz. defens. 1. cap. 26. n. 26.*

81 Habens domicilium superfluè citatur ad illud eligendum, & si negligit comparere, contumax non reputatur, *Scac. de sentent. & re iudic. gl. 7. q. 3. lim. 5. n. 29. in fine.*

SVMMAE.

Donare in dubio nemo præsumitur n. 1.
Qui donat suum perdit n. 2.
Donare qui dixit, in dubio præsumimus per errorem id dixisse n. 3.
Fatuitas potius præsumitur, & non donatio n. 4.
Iocalia præsumuntur data ad ornatum n. 5.
Leuis coniectura excludit præsumptionem donationis tacitæ n. 6.
Coniectura excludens donationem semper attendenda n. 7.
Compensatio vbi intrat excluditur animus donandi n. 8.
Datum ex causa volontaria non præsumi, quando præcessit necessaria n. 9.
Pater legando filiæ præsumitur compensasse voluisse cum debito dotis n. 10.
Statutum loquens de donatione accipiendum de ea quæ procedit ex mera liberalitate n. 11.
Donatio ob causam, non venit sub nomine simplicis donationis n. 12.
Declara n. 13.
Donatio ob causam quæ nam sit n. 14.
Donatio non potest dici facta contemplatione incertæ personæ n. 15.
Donatio causa mortis est donatio ob causam n. 16.
Non est necessarium quod quis sit in periculo vitæ constitutus n. 17.
Donasse causa mortis non dicitur, qui promisit se non reuocaturum n. 18.
Alienatio rei donatæ arguit pœnitentiam in eo qui donauit causa mortis n. 19.
Oppigneratio æquiualens æstimationi rei idē operatur, quòd alienatio n. 20.
Donatio ex causa dotis dicitur ob causam n. 21.
Donatio facta filiæ in potestate existenti non valet, nisi fiat ex causa dotis n. 22.
Donatio causa matrimonij est efficax licet illud non sequatur n. 23.
Donatio remunerandi animo facta dicitur ob causam n. 24.

Senex

decem

decem intra certum diem, potest conueniri citra aliam obligationem n. 80.
Verba futuri temporis, quando resoluantur in tempus præsens n. 81.
In pacto de donando requiritur insinuatio, vt in ipsa donatione n. 82.
Donatio facta absenti num intelligatur acquisita ante ratihabitionem n. 83.
Ad validitatem donationis non est necessaria acceptatio n. 84.
Donationem posse reuocari ante acceptationem, qui crediderint n. 85.
Per stipulationem Notarij non acquiri absenti n. 86.

DONATIO.

CAP. IIII.

VI dicit aliquid fuisse donatum id claré ostendere debet, quoniam in dubio non præsumimus quem voluisse donare, *l. Cum de indebito.* 25. *de probation. lib.* 22. *P. tit.* 3. & sic suum perdere, quemadmodum colligitur ex *l. filius familias* 7. *de donat. lib.* 39. *P. tit.* 5. vbi dicitur filium familias donare non posse, etiam si habeat liberam peculij administrationem, quia ei non concedatur libera administratio, vt perdat, estq; receptum per concessionem liberæ administrationis non censeri datam facultatem donandi *Mantic. de tacit. & ambigu. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 57. ni fortè esset filius Senatoris *Mantic. lib.* 13. *tit.* 17. *n.* 9. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 9. *n.* 1. Passim igitur legimus, donare esse perdere *Gall. cons.* 34. *n.* 23. *&* 40. *Bec. cons.* 41. *n.* 19. 52. *n.* 74. *Surd. cons.* 5. *n.* 72. *vol.* 1. *Montan. de tutel. cap.* 30. *n.* 77. *Surd. de alim. tit.* 6. *q.* 1. *nu.* 4. *Marta voto* 77. *n.* 7. *Christofor. Mart. Medic. decis.* 86. *n.* 14. qui donationem facit nihil cogitat, nisi de iactando suo, *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 4. *gl.* 18. *p.* 3. *n.* 48.

1

2

Principalem nostram conclusionem exornant *Ludouic. concl.* 9. *Menoch. de arbitrar. cas.* 88. & eam adstruit *Natta cons.* 77. *n.* 16. *Bec. cons.* 52. *n.* 70. *Surd. cons.* 202. *n.* 14. *Hodierna ad l. Hac edictali q.* 25. *nu.* 49. *Christofor. Mart. Medic. exam.* 13. *nu.* 68. & in tantum dicimus non esse præsumendam donationem, vt potius dicamus per errorem fuisse dictum, quod donabat, quemadmodum respondet *Dec. cons.* 176. *n.* 1. 571. *nu.* 4. 644. *n.* 4. *Rol. cons.* 11. *n.* 46. *vol.* 3. *Natta d. cons.* 77. *n.* 16. *Menoch. cōs.* 1. *n.* 215. *Surd. d. q.* 1. *n.* 8. & præsumitur potius fatuitas, quàm donatio, *Mar. Antonin. lib.* 2. *resolut.* 23. *n.* 12. *Menoch. cons.* 1. *nu.* 215. *Christofor. Mart. Medic. exam.* 20. *nu.* 44. *Cyriac. contr.* 329. *n.* 60. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 824. *nu.* 17. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 19. *tit.* 3. *n.* 19. & prius *lib.* 13. *tit.* 9. *n.* 3. quam quidem regulam egregiam, & notabilem dicit *Menoch. d. cas.* 88. *n.* 1.

3

4

Ex huiusmodi principio colligit *Roland. cons.* 10. *n.* 13. *vol.* 1. iocalia non effici vxoris, quia præsumendum sit maritum dedisse illa ad ornatum, & non animo donandi: eo quia quælibet leuis coniectura excludat præsumptionem tacitæ donationis, *Bald. ad l. vltim. n.* 19. *Cod. de dotis promiss. Gratian. decis.* 19. *n.* 43. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 9. *n.* 11. *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 6. *gl.* 2. *p.* 6. *n.* 24. *cl.* 7. *gl.* 3. *p.* 6. *n.* 69. *Dec. cons.* 402. *n.* 6. *Menoch. lib.* 3. *præs.* 12. *nu.* 10. *præs.* 71. *nu.* 2. quidquid in contrarium sentiat *Bald. Nouel. de dote p.* 6. *priuil.* 45. *n.* 2. *Alba cons.* 12. *n.* 11. *Valas. consul.* 127. *nu.* 12. Quotiens enim sumi potest coniectura excludens donationem, illa semper attendenda, *Sesse decis.* 182. *nu.* 6. *Mar. Antonin. lib.* 2. *resolut.* 23. *nu.* 11. *Christofor. Mart. Medic. exam.* 34. *n.* 19. *Cyriac. contr.* 495. *n.* 17. 510. *n.* 18. Quare excluditur animus donandi quando potuit habere locū compensatio, notat *Ruin. cons.* 152. *n.* 9. *vers. quandoq; debitor. vol.* 5. cui adstipulatur *Menoch. d. cas.* 88. *n.* 43. *Surd. cons.* 119. *n.* 25. *Merlin. controuers. forens. cap.* 3. *n.* 16. neq; enim præsumendum aliquid esse datum ex causa volontaria, si præcedit necessaria *Mantic. de tacit. & ambigu.*

5

6

7

8

ambigu. conuent. lib. 13. tit. eo. n. 12. ad finem.
10 & ex hoc dicimus, patrem legando filiæ re-
liquisse animo compensandi cum dote,
quam tenebatur tradere *Menoch. lib. 4.*
præs. 109. n. 26. Gratian. decis. 19. num. 42.
Non erit autem satis intellexisse animũ
donandi adfuisse, nisi quoq; ostendiderit
ex mera, & pura liberalitate id processisse,
si etenim aliqua ex causa ad id deuenerit,
tunc leges loquentes de donatione non
11 erunt attendendæ: statutum siquidem lo-
quens de donatione debet intelligi de ea
quæ est propria, & procedit à mera libera-
litate, *Alex. cons. 167. n. 10. lib. 7. Alba cons.*
12 *240. n. 11. Dec. cons. 180. in fine,* qualis non
est donatio ob causam *Alba d. cons. 240.*
n. 9. & seqq. Menoch. cons. 261. n. 9. sed est
proprij debiti solutio, *Fontanel. de pact.*
nuptial. cl. 5. gl. 8. p. 4. n. 67. & proinde non
adaptabitur forma præscripta per No. Con-
stit. vt probat Menoch. per totum illud cõ-
13 siliũ, *Puteu. lib. 1. decis. 331. n. 4.* Hoc tamen
erit intelligendum respectu legũ fauentiũ
donationibus; nam si irritarent donatio-
nes propriè dictas, multo magis donatio-
nes improprias complecterentur, vt ob-
seruat *Gabr. cons. 3. nu. 3. vol. 1. Gratian.*
disceptat. forens. cap. 82. nu. 28.
14 Donationem ob causam appello, quan-
do id, quod pro causa allegatur mouet ex
toto donantem aliter non donaturum,
Natta cons. 609. nu. 10. Cyriac. contr. 270.
nu. 5. sed si occasionem tantum præbuit,
& non fuit principale in intentione, non
alterat naturam donationis, *Bec. cons. 20.*
nu. 9. Monterus. decis. 10. nu. 14. Cancer.
var. resolut. p. 1. cap. 8. nu. 96. Fontanel. de
pact. nuptial. cl. 4. gl. 1. num. 14. Quare si
sæpius promissum fuerit de donatione fa-
cienda nulla facta mentione matrimonij;
non poterit dici matrimonium fuisse cau-
sam finalem, *Surd. decis. 322. nu. 84.* quod
si de matrimonio facta sit mentio, sed illa
facta sit in genere, idem dicemus: neq;
15 enim pro fine potest deseruire, id quod est
incognitum neq; dicendum fuisse donatũ
contemplatione incertæ personæ, cum in
eam nulla cadat affectio, *Gratian. discept.*
forens. cap. 984. num. 22. & seq. Donatio-
nem causa mortis dicimus donationem 16
ob causam, secundum doctrinam *Alex.*
cons. 113. nu. 6. lib. 6. vt meritò dixerit *Nat-*
ta cons. 645. nu. 2. appellatione donationis
non venire donationem causa mortis, quæ
quidem donatio non requirit vt quis sit in
periculo vitæ constitutus, sed sufficit eum 17
sola cogitatione mortalitatis donare *l. 2. de*
donation. causa mortis. lib. 39. P. tit. 6. &
hanc sententiã amplectitur *Fachin. contr.*
iur. lib. 5. cap. 23. de huiusmodi autem
cogitatione debet constare verbis specifi-
cis, *Gratian. disceptat. forens. cap. 78. num.*
43. Sed quid si cogitauerit quidem de
morte, adhibuerit tamen pactionem repu- 18
gnantẽ donationi causã mortis, quia pro-
miserit se non reuocaturum, dicamus mi-
nimè esse donationem causa mortis, sed
inter viuos, *Gratian. disceptat. forens. cap.*
96. num. 11. sunt tamen qui tenuerint eam
promissionem non officere, *Valenz. cons.*
119. nu. 108. quia illam intelligant rebus
stantibus, hoc est si eum non pœnituerit;
ita respondentium mentionem facit *Mar-*
ta voto 77. nu. 35. eisq; accedit; sed con-
tra ipsos insurgit *Fachin. controuers. iur.*
lib. 5. cap. 23. suffultus authoritate *Mar-*
tiani in l. Vbi ita donatur. de mortis causa
donation. d. lib. 39. P. tit. 6. Vbi ita donatur,
inquit, *mortis causa, vt nulla casu reuocetur,*
causa donandi magis est, quam mortis causa
donatio; et ideo perinde haberi debet, atq; alia
quælibet inter viuos donatio, Et certè insipi-
da mihi videtur illa suppletio, quod pro-
mittat non reuocare, quatenus eum non
pœnituerit donasse: pœnitentia autem eli- 19
cietur ex alienatione ipsius rei donatæ, per
quam donatio reuocatur *Cancer. var. re-*
solut. p. 1. cap. 8. num. 24. per huiusmodi
siquidem actum demonstratur mutatio
volontatis, & quidẽ potentius, quàm ver-
bis, *Fernandez Tellez ad l. Tauri. 117. nu.*
118. immo ex oppigneratione æquiualen- 20
ti æstimationi ipsius rei *Gratian. disceptat.*
forens. cap. 172. nu. 1. & seq. & cap. 251.
nu. 22. quia censeatur per huiusmodi oppi-
gneratione translatum dominium, vt infe-
rius

rius fuit obseruatum sub cap. 10.

21 Donatio ex causa dotis, & ipsa dicitur ob causam, id quod ostendit nominum distinctio, nec nõ effectus ex ea resultantes: nam simplex donatio facta per patrẽ filiæ
22 in potestate existenti non valet, valet tamen ea quæ fit ex causa dotis, *Iason. cons. 171. vol.4.* quam sententiam esse communiter receptam, nec non optimè fundatam ostendit *Fachin. controuers. iur. lib.13.cap. 60.* cui accedit *Fontanel. de pact. nuptial.*
23 *cl. 5. gl. 1. p. 1. nu. 25.* Et adeo firma est talis donatio, vt etiam si illud matrimonium nõ sequatur, nihilominus irreuocabilis remaneat, notat *Pascal. de patr. potest. p. 1. cap. 4.*
24 *nu. 34.* Donatio remunerandi animo facta, & ipsa ob causam, non autem mera dicitur, vt disertis verbis legitur apud *Papin. in l. Aquilius Regulus. 27. de donation. lib. 39. P. tit. 5.* & sic non continetur regulis puræ, & simplicis donationis, neq; dicitur propriè donatio *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 13. tit. 15. num. 17.* Proinde si vir senex, & ignobilis ducat
25 vxorem iuuenem, & nobilem, cõfiteaturq; recepisse dotem quam non habuit, dicemus ipsum donasse animo remunerandi, vt obseruant *Surd. cons. 164. nu. 4. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 11. tit. 20. nu. 24. Fontanel. de pact. nuptial. cl. 5. gl. 1. p. 2. nu. 86. & seq. & gl. 8. p. 5. nu. 71.* Et licet *Fachin. controuers. iur. lib. 3. cap. 80.* non applaudat, non tamen recederem ab opinione antecedentium, quam amplectitur *Gratian. disceptat. forens. cap. 984. n. 6. & seq.* cum Fachineo sentit *Hodierna ad l. Hac edictali Cod. de secundis nuptijs q. 36.*
26 *num. 8.* Et huiusmodi donata à viro vxori pleno iure illi acquiruntur, ita quòd si secundò nubit nõ tenetur ea reseruare filijs primi matrimonij, *Pascal. de patr. potest. p. 1. cap. 4. nu. 45.* Diximus huiusmodi donationes remunerandi causa factas minimè coerceri regulis præscriptis donationibus,
27 & ideò donatio facta vxori ex ea causa nõ subiacebit dispositioni *l. Hac edictali, 6. de secund. nuptijs lib. 5. Cod. tit. 9. Franc. decis. 428. nu. 4. Hodierna ad d. l. Hac edictali. q. 25. num. 12.* 28 Non indiget insinuatione, *Clar. §. Donatio. q. 3. nu. 1. Valenz. cons. 117. num. 19.* quia certo modo æstimari non potest talis donatio, *Mynsing. cent. 4. obser. 75. nu. 1.* si tamen excederet merita vltra quingentos aureos deberet insinuari *Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 13. tit. 15. nu. 31.* 29 Non reuocatur natiuitate filiorum, *Clar. §. Donatio. q. 23. vers. Item valet. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 5. num. 32. Cyriac. contr. 270. num. 3.* quatenùs tamen excederet merita in illo excessu reuocaretur, *Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 13. tit. 15. nu. 33.* 30 Valet inter patrem, & filium, *Clar. §. Donatio. q. 8. nu. 1. vers. Hac tamen conclusio: Valenz. d. cons. 117. nu. 25.* cum enim censeatur aduentitium non profectitium peculium, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 13. tit. 18. num. 5. vers. Nam quod filius,* ratio prohibitionis cessat, *Gail. lib. 2. obser. 38. n. 5.* 31 Est irreuocabilis, debetq; seruari à donante, & eius successore *Cyriac. contr. 529. n. 10. & 26.* 32 neq; poterit prætexere aliquam ingratitudinem *Gutier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 5. n. 31.* 33 Prædicta igitur erunt seruanda eatenus, quatenus merita æquiualerent donationi, *Clar. §. Donatio. q. 3. n. 3. q. 16. nu. 3. Gail. d. obser. 38. n. 6. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 5. n. 14. Surd. cons. 164. n. 33. Fontanel. de pact. nuptial. cl. 5. gl. 8. p. 4. n. 72. Hodiern. d. l. Hac edictali q. 25. num. 50. Pascal. de patr. potest. p. 1. cap. 4. n. 41. Cyriac. contr. 270. n. 22.* neq; sufficiet æquiualentiam meritorum ascendere ad dimidiam rei donatæ, *Clar. d. q. 8. num. 4. Hodierna d. q. 25. n. 7. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 13. tit. 15. n. 34.* 34 Erit autem arbitrarium Iudici æstimare quandò merita reputanda sint æquiualentia rei donatæ, *Clar. d. q. 3. n. 4. Gail. d. obser. 38. n. 6. Fontanel. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 7. p. 2. nu. 26. Surd. cons. 164. n. 34. Hodierna d. q. 25. n. 30. Cyriac. contr. 270. n. 23.* 35 Non erit tamen necessarium quòd sint talia, vt producant obligationem efficacem ad agendum, & ita iudicauit *Rota* teste *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 21. tit. 4. n. 7.* & prius

& prius *lib.* 13. *tit.* 15. *nu.* 16. accedit *Hodierna. d. q.* 25. *n.* 27.

36 De meritis tamen aliter constare debebit, quàm per assertionem donantis, quando donatio est facta inter personas prohibitas *Capyc. decis.* 102. *Clar. d. q.* 3. *num.* 2.
37 nam in prohibitis non statur assertioni partium, *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 5. *gl.* 8. *p.* 4. *nu.* 68. possent enim fingere quod non est, ad hoc vt donatio valeret *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 13. *tit.* 15. *nu.*
38 41. *vers. Et hæc sententia.* Vnde si filio donauerit pater ob benemerita, debebit filius illa probare, *Fontanel. cl.* 4. *gl.* 7. *p.* 2.
39 *n.* 16. *Pascal. d. cap.* 4. *n.* 42. etiam quòd illa fuerint distinctè expressa, *Gutier. de iuram. confirmat. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 19. Idem seruandum vbi Presbyter donaret concubinæ in remunerationem seruitiorum: illa siquidem
40 probanda, *Afflic. decis.* 102. Quando verò agitur de donatione facta ab eo, qui non prohibetur id facere, si in specie sunt recensita merita, creditur huiusmodi assertioni, *Menoch. cons.* 378. *n.* 13. *vers. Nec hic obstat. Surd. cons.* 419. *n.* 65. *& seq. &*
41 *cons.* 164. *n. fin.* quinimmo esset adhibenda fides assertioni generali quando cum ea cōcurrerent verisimiles coniecturæ *Mantic. de tacit. et ambigu. conuent. lib.* 13 *tit.* 15. *n.* 44. *vers. sed & si.*

Apud nostros interpretes in materia donationum illud est valdè controuersum, num donatio omnium bonorum sit vali-
42 da: & quoniam resolutio pendet ab illo principio, quòd contra bonos mores sit adimere liberam testandi facultatem, quemadmodum cantat *l. Stipulatio hoc modo.* 61. *de verbor. obligation. lib.* 45. *P. tit.* 1. distinguendæ sunt formulæ, quibus leguntur conceptæ huiusmodi donationes.

43 Donatio omnium bonorum, nulla facta specifica expressione futurorum, non continet futura secundum *Hieronymum Buttigellam ad l. si quis arbitratu. n.* 45. *ff. de verbor. obligation. Repet. vol.* 6. pluribus rationibus id confirmat *Surd. decis.* 233. *nu.* 8. *& seq.* licet contrarium deffendat *Io. Crott. ad l. Stipulatio hoc modo. n.* 87. *ff. de verbor. obligat. Repet. vol.* 6. Quo fit vt talis dona- 44
tio sustineatur, quia per illam non adimitur facultas testādi, subest enim spes, quòd possit postea acquirere, quod satis est, licet actu non acquirat, *Paul. de Castro cons.* 340. *n.* 2. *p.* 1. *& Gabr. cons.* 141. *n.* 1. *vol.* 1. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 13. *tit.* 31. *num.* 10. confirmans eo argumento, 45
quòd is qui vendidit omnia bona præsentia, & futura validè id agit, quia habet pretium de quo potuisset testari tempore venditionis, & licet postea pretium consumat non inualidatur venditio, quia verum sit dicere, illam non ademisse facultatem testandi: sufficit enim quem habere potentialiter hæredem, licet de facto non habeat *Bald. ad l. fin. n.* 19. *vers. Non obstat.* sequitur *Cagnol. ibid. n.* 119. *in fine.*

Donatio pariter omnium bonorum præ- 46
sentium, & futurorum, mobilium, & immobilium non est inualida, quia nō erunt comprehensa iura, & actiones, *Peguer. decis.* 141. *Gam. decis.* 359. *nu.* 2. *Viui. decis.* 410. *n.* 1. *Crauett. s. Rubr. de leg.* 1. *nu.* 101. *Repet. vol.* 4. *fo.* 32. *Io. Crott. ad l. Stipulatio hoc modo. n.* 101. *ff. de verb. obligat. Repet. vol.* 6. *Alba cons.* 261. *num.* 1. *qui cons.* 715. ostendit in talem donationem non venire fructus debitos donatori vigore residentiæ quam fecerat, erat enim Presbyter.

Difficultas igitur eo reducitur, quando 47
donatio comprehendit bona omnia præsentia, & futura, mobilia, immobilia, iura, & actiones: & quidem receptius est inualidam esse donationem, quemadmodum docuit *Bartol. ad l. stipulatio hoc modo.* 61. *n.* 5. *ff. de verbor. obligat. Alex ibid. nu.* 16. *Clar. §. Donatio. q.* 19. *n.* 1. qui testatur de communi, accedit *Andreas de Bessetis ad l. Habeat. Cod. de Sacrosanc. Eccles. n.* 193. & attestatur de communi, *Curt. Iun. cons.* 25. *n.* 1. ab ista opinione non esse recedendum in consulendo, & iudicando dicit *Rip. resp.* 145. *nunc resp.* 1. *sub tit. de donation. Menoch. cons.* 184. *nu.* 1. 1095. *nu.* 13. *Peguer. decis.* 141. *n.* 1. *Gam. decis.* 166. *n.* 6. 206. *n.* 4. 386. *per totam,* vbi latè refert argumenta adducta in contrarium, & illa

resoluit, *Gratian.disceptat. forens.cap.* 120. *n.*4. Num autem corruat in totum, vel sustineatur quo ad præsentia controuertitur quoq; apud DD. *Surd. cons.* 450. *n.* 56. *& seq.* conatur sustinere partes negantium, quibus accedit *Io.* Crott. *ad l.* 1. *gl. sed si mihi. n.* 10 *ff. de verbor. obligat. Repet. vol.* 6. iterum *ad l. stipulatio hoc modo. n.* 99. *tit. & vol. eo*. At in totum corruere ostendit *Peguer. decis.* 136. Ex eo quòd speciali iure
48 inductum sit in donatione carente insinuatione, vt valeat intra quingentos aureos: in totum igitur corruere donationē omnium bonorum excludentem à facultate testandi tradit *Honded. cons.* 39. *n.* 8. *& 9. vol.* 1 idq; ex crebriori, & veriori nostrorum interpretum sententia, quam amplectitur *Rebuff. resp.* 167. *vers. nec valebit*, secundum quam sententiam se consuluisse dicit *Paul. de Castr. ad l. fin. num.* 10. *Cod. de pact. Trentacinq. lib.* 3. *resolut.* 3. *n.* 9. *tit. de donation.* vbi dicit se in iudicando, & consulendo haud esse recessurum ab huiusmodi opinione, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 13. *tit.* 26. *num.* 28. & hanc esse vociferationem communem tàm legistarum, quàm canonistarum affirmat Christofor. *Mart. Medic. exam.* 21. *n.* 1. *& seq.* Principalem nostram conclusionem sunt, qui impugnent, affirmantes valere donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, mobilium, & immobilium, nec non iurium, & actionū, quia per huiusmodi donationem nō transferatur dominium, cuius intuitu validam esse donationem ostendit *Alex. ad dictam l. stipulatio hoc modo. n.* 16. & proinde fore considerandum num additum fuerit precarium per quod transferri dicitur dominium, & possessio, nam eo pacto dici poterit nihil remanere penes donantem, de quo testari valeat, quòd tamen non omnino probaret *A. Fab. de error. pragm. decad.* 48. *error.* 6. sequitur *Gaspar Schiffordeg. lib.* 1. *tract.* 13. *q.* 2. qui vltra precarium requirunt cessionem per quam transferantur actiones directæ, quæ possent deseruire pro subiecto testamenti, *Io. Hanibal. ad l. Nemo. n.* 511. *& seq. ff. de leg.* 1. *Repet. vol.* 4. probat talem donationem valere, ostendens diuersam esse rationem casus propositi in l. stipulatio hoc modo, superius adducta, ibi enim agitur de ademptione facultatis testandi, idq; in pœnam, & insuper facultas restringitur ad vnam personam: at in nostra specie poterit quem voluerit instituere, licet nullum perceptu rus sit commodum: quòd autem restrictio constituat differentiam inter vnam, & alteram speciem inde patet: quòd reserua- 49
tio ad casum particularem, puta vt possit disponere pro anima, vel ad certas causas, non reddit validam donationem, *Marta voto* 161. *n.* 8. *Vumbertus pariter de Boneneo ad Auth. Sacramenta. Cod. si aduersus vendition. nu.* 71. *& seq. Repet. vol.* 7. pluribus argumentis ostendit donationem valere, accedit *Corn. cons.* 152. *in principio vol.* 3. Equidem valeret donatio omnium bo- 50
norum præsentium, & futurorum, etiam nulla facta reseruatione, puta, si esset talis ex parte rei, non autem consilij, *Polyd. Rip. obser.* 136. veluti si donauerit mille, & præsentia non ascendant ad quinq; centum: quia in futurum posse acquirere sit præsumendum, nisi summa esset valdè excessiua, *Trentacinq. var. resolut. lib.* 3. *tit. de donation. resolut.* 3. *n.* 17. In hoc opinionum conflictu, *Fachin. controuers. iur. lib.* 6. *cap.* 87. subscribit sententiæ Bartoli, quia nihil pendit dominium existens penes donantē, transferendum tamen in donatarium. Retenta igitur communi sententia dicamus 51
insuper talem donationem adeo inualidā esse, vt multi negent illam confirmari iuramento, *Curt. Iun. cons.* 25. *n.* 5. *Rip. d. resp.* 145. *nu.* 2. *Socin. Sen. cons.* 176. *nu.* 8. *vol.* 3. *Christofor. Mart. Medic. examinat.* 17. *nu.* 80. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 21. *tit* 8. *Caucer. var. resolut. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 47. à quibus dissentit *Menoch. cons.* 1. *n.* 169. quoniam actus quo libera facultas testandi impeditur peccatum non inducit, vt etiam docet *Fachin. controuers. iur. lib.* 6. *cap.* 88. fuit aliquorum sententia 52
donationem iuratam haud in totum corruere,

ruere, sed existimarunt posse sustineri respectu bonorum præsentium, vt probat *Gra. cons.70. nu.25. & seqq. lib.1.* quia facit valere actum eo modo quo potest *Polyd. Rip. obser.136. n.7. Andreas de Bessetis ad l. Habeat. Cod. de Sacrosanct. Eccles. nu. 195. Repet. vol.7. Surd. cons.450. num.60.*
53 quia iuramentum sustinet actum prout melius valere potest, *Fontanel. de pact. nuptial. cl.4. gl.21. p.1. nu.42. & seq.* & fusius *nu.68. & seq & nu.70. & seq.* dissoluit duo argumenta quæ videbantur hanc opinionem impugnare, Eamdem sententiam latè defendit *Christofor. Mart. Medic. examinat.21. nu. 13. & seq.* rationes erant, quòd in actu à lege prohibito vtile per inutile nõ vitietur: vt in donatione excedente quingentos aureos, si non interueniat insinuatio vitiabitur tãtum ratione excessus, Item quia iuramentum secundum materiam subiectam est diuisibile, & indiuisibile: ab hac opinione dicit nequaquam se recessurum *Trentacinq. variar. resolut. lib.3. tit. de donation. resolut. 3. nu. 9. in fine, Menoch. cons.683. nu.37.* Subdebat Menochius, sustineri donationem in vim donationis causa mortis, quando apposita fuit clausula, *omni meliori modo*, sed hæc declaratio adductis hinc inde argumentis reprobatur à *Seraphin. de iuram. priuileg.107. per totum*, vt etiam illam reprobant *Osasc. decis. 100. nu.41. Honded. cons.39. num.11. vol.1.*
54 Vt igitur valeat donatio erit aliquod reseruandum de quo testari valeat, quemadmodum docet *Io. Hanibal. s. Rubr. ff. solut. matrim. nu.100. Repet. vol.3.* quia verisimile sit tunc habiturum hæredem, *Beretta cons.73. nu.15.*
55 quæ reseruatio poterit concipi in eum modum, vt valeat disponere in vita, vel in morte, tradit *Fachin. controuers. iur. lib.6. cap.92.* quamuis contrarium tenuerit *Dec. cons.250. nu.2. vers. Idem ergo videtur*. licet enim disponendo in vita, sibi præripiat facultatem disponendi in morte, talis tamen effectus non processit à donatione omnium bonorum; alioqui foret dicendum, teneri vnumquemq; tantum substantiæ conseruare intactum, quod sufficiat ad testandum, quod tamen nullus hactenus dixit.

Cuius autem quantitatis debeat esse reseruatio relinquitur in arbitrio Iudicis, 56
Fontanel. de pact. nuptial. cl.4. gl.23. num.3. quia pendet decisio à consideratione qualitatis personarum *Gam. decis.348. num.3. Viui. decis.410. nu. 3.* reprehendit Clarum qui voluit determinare quantitatem summæ reseruandæ, vel portionem rei à donatore exceptæ, notat idem *Franc. decis.594. num. 2.* Si tamen reseruatio esset minima 57
non haberetur in consideratione, *Muta decis.49. nu.13. Cancer. var. resolut. p.3. cap. 2. nu.124. & seq. Menoch. cons.184. nu. 3. & seq. cons.819. num. 17. & seq. Honded. cons.37. nu.32. vol.1. Gutier. de iuram. p.1. cap.11. nu. 15.* nam tunc cessaret verisimilitudo, quòd habiturus esset hæredem, *Intrigliol. decis.35. nu. 21.* quia parum, & nihil æquiparantur in hac specie, & in multis alijs, vt obseruaui ad *Art. 69. de pœnis. nu. 19. & ad decis. Sen. Excell. quæ legitur inter ordines recentiss. impressos pag. 219.* Nunc addo quod tradit *Merlin. Rot. Lucens. decis.9.* Statutum disponens quicquã circa vulnus, non habet locum in leui vulnere, quod etiam tenuit *Cyriac. contr.454. nu.28. Alderan. Mascard. de statut. concl.5. nu.47. Monter.* quoq; *decis. Aragon.14. nu. 60.* tradidit damna parua præstari minimè debere, facit quoq; illa conclusio, quòd pro modica læsione non datur restitutio in integrum *Capyc. decis.109. nu.9. Fachin. controuers. iur. lib.3. cap.4. Rot. Bononiens. decis. 43. nu.51. in selec.* Pariter si exemptus posset collectari propter guerram, tamen collectandus non esset ob paruam guerram, *Cyriac. contr. 154. num. 14.* licet autem, vt ad rem nostram redeamus, *Costa de ratione rata q.125. num.8.* dicat regulam prædictam non procedere, quando in minimo eadem est ratio proportionabiliter, quæ est in magno, non tamen ostendit in quo posita sit proportio, *Gam.* igitur *decis.255. nu.2.* dicit non fuisse inuenturum hæredem, qui 58
sibi reseruauerat aureos tres ad testandum, & *Marta voto 161. n.9.* irridet reseruatio-

59 nem continentem summam tarenorum
60 quindecim, & *Menoch. cons.* 184. *num.* 4.
refert Cagnolum nihili facientem reserua-
tionem viginti quinq; florenorum, nimirũ
in *l. fin. Cod. de pact. num.* 242. accedit *Gra-
tian. disceptat. forens. cap.* 120. *num.* 4. *Gabr.*
61 *cons.* 70. *nu.* 3. *vol.* 1. præsupponit talem esse
reseruationem per quam data erat facul-
62 tas disponendi de aureis decem, passim
enim legimus reseruationem debere esse
talem quæ alliciat hæredem ad adeundum
Cancer. variar. resolut. p. 3. *cap.* 2. *num.* 128.
Farinac. nouit. nouiss. decis. 434. *sub num.* 1.
vers parta enim sunt. Menoch. cons. 184. *nu.*
4. *Mastril. decis.* 273. *in fine.*
Contrarium tamen fuisse decisum testa-
tur *Christophor. Mart. Medic. decis.* 36. *nu.*
4. quia si donatio omnium bonorum præ-
sentium sustinetur propter spem, quã quis
habet acquirendi in futurum, quam possi-
bile est numquam ad actum redactam iri;
multo magis erit dicendum, quando ali-
quid in præsentiarum adest de quo potest
disponere; & prius hoc idem fuerat deci-
sum in Senatu Cathaloniæ dum declara-
uit reseruationem librarum quinq; ad te-
standum proficere ad sustinendam dona-
tionem omnium bonorum, refert *Peguer.
decis.* 135. Merito igitur fuit reprobata illa
obseruatio, quod ad sustinendam donatio-
nem omnium bonorum reseruatio debe-
ret ascendere ad vigesimam partem sub-
stantiæ donantis, *Genu practicabil. Eccles.
q.* 756.
63 Licet valdè sit controuersum apud DD.
num reseruatio vsusfructus validet dona-
tionem omnium bonorum, in tantum vt
vtraq; opinio dicatur communis, vt obser-
uat *Gam. decis.* 348. *nu.* 3. *Marta voto* 77.
nu. 4. præualet tamen apud me sententia
tenentium pro validitate: quandoquidem
per huiusmodi reseruationem donator ha-
bebit de quo poterit testari secundũ *Alex.
in l. stipulatio hoc modo.* 61. *nu.* 18. *ff. de ver-
bor. obligation.* respondens argumentatio-
ni Pauli de Castro, *Socin. Sen. cons.* 143.
nu. 20. *vol.* 1. *Abb. cons.* 102. *num.* 2. *p.* 2.
nedum de vsufructu, sed etiam de annuo
quid, verba faciens, *Iason. cons.* 211. *nu.* 10
vol. 2. & *cons.* 60. *num.* 7. *vol* 3. *Gabr. cons.*
139. *per totum vol.* 1. *Roland. cons.* 65. *n.* 5.
vol. 1. dicens veriorem *Mantic. de tacit. &
ambigu. conuent. lib.* 13. *tit.* 32. *nu.* 5. & *seq.
Menoch. cons.* 683. *nu.* 29. *Clar.* §. *Donatio.
q.* 19. *nu.* 9. attestans de communi, vt etiam
facit *Gutier. de iuram. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 14.
vers. Breuiter ego. Surd. cons. 450. *num.* 54.
Franc. decis. 168. *num.* 4. *Fachin. contr. iur.
lib.* 6 *cap.* 89. neq; enim præsumendum do- 64
natorem statim moriturum, *Molin. de pri-
mog. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 20. *vers. imo etiam si*,
& hanc sententiam comprobat *Fachin. lib.*
13. *cap.* 48. Præterea is qui sibi reseruat
vsumfructum eo instanti quo donationem
facit, inuenitur dominus illius iuris vsus-
fructus, quod reseruauit, illudq; illico ven-
dere potest, atq; de pretio testari: est namq; 65
ius vsusfructus æstimabile per se, vendiq;
potest, *Molin. d. num.* 20. *vers. sed si benè.*
Et licet fructus inter bona futura connu- 66
merentur, non tamen venient in donatio-
nem, quia fuerint excepti etiam volente
donatario, *Natta cons.* 146. *nu.* 11. *Honded.
cons.* 37. *nu.* 33. *vol.* 1. *Gutier. d. loco*, & hinc
videmus rem hypothecæ semel suppositã, 67
consentiente creditore alienatam, si post
modum illam recuperauerit debitor, non
reincidere in obligationem, quamuis hy-
potheca ad acquirenda extendatur, ita ra-
tiocinatur *Couaru. var. resolut. lib.* 3 *cap.* 12.
nu. 1. *vers Ex contrario.* & hanc esse com-
munem DD. sententiam affirmat *Trenta-
cinq. var. resolut. lib.* 3. *tit. de donation. reso-
lut.* 3. *nu.* 18. *vers. Tu non recedas.* si verò in
specie reseruasset fructus futuros diceret 68
Rip. resp. 145. *num.* 3. haud dubiè sustineri
donationem, *Gratian. decis.* 39. *nu.* 7. quia
vti reseruati non venirent in donationem
bonorum futurorum, *Gabr. cons.* 139. *nu.* 3.
vol. 1. dicit ex præsumpta volontate cense-
ri ipsos fructus reseruatos, & ob id non ve-
nire in donationem bonorum futurorum,
& hoc esse verius affirmat *cons.* 70. *num.* 4.
vol. eo. & ita de eis fore permissum testari:
nam si potest inter viuos disponere, nihil
prohibet quin, & testari valeat.

Con-

69 Contrarium voluit *Paul. de Castr. consi. 75. nu. 3. vers. nec de fructibus. p. 2. in nou. & l. fin. num. 10. de pact. lib. 2. Cod. tit. 3.* quia fructus qui superessent comprehenderentur appellatione bonorum futurorum, sequitur *Dec. cons. 30. nu. 3. et cons. 250. nu. 2.* vbi defendit Paul. de Castr. ab oppugnatione, quam fecit Alexander ab ista opinione non recedit *Curt. Iun. cons. 25. nu. 2.* licet etiam se fundet in rationibus mox subijciendis, sententiam eamdem refert *cons. 120. nu. 6.* vbi de Decio mentionem facit, *Cagnol. l. final. nu. 240. Cod. de pact.* non dissentit *Roland. cons. 39. nu. 2. vol. 1.* consiliũ verò Neapolitanum reliquit articulum indiscussum, vt apud *Francum decis. 168. in fine.* Hanc opinionem sequitur *Marta* attestans de communi *voto 77. nu. 4.* In hoc

70 Doctorum conflictu crederem attentè fore considerandam conceptionem verborum, necnon facti circumstantias, quæ omnem dubitandi ansam tollere poterunt: quid enim si ita fuerit concepta reseruatio, vt appareat donatorem restrinxisse reseruationem ad dispositionem inter viuos, & non cogitasse de facultate disponendi in vltima volontate, certè non sustinebitur donatio, iuxta doctrinam Bartoli in *cons.*

71 *76.* quod autem donator cogitauerit solũ de sibi prospiciendo dum viueret, verba reseruationis ostendere poterunt, quando consonant cum considerationibus factis à Decio in suo *cons. 30. nu. 3. Gabr. cons. 70. num. 5. vol. 1.* quòd nimirum donator sibi reseruauerat vsumfructum toto tempore vitę suę, quod tamen nõ caret dubitatione, nam *Honded. cons. 57. nu. 34. vol. 1.* negat huiusmodi verba habere eum sensum, vt non valeat disponere in vltima volontate, item quia sibi reseruauerat facultatẽ vendendi de bonis donatis pro sua necessitate approbat *Curt. iun. cons. 25. num. 2. vers. considerandum est igitur. Ruin. cons. 182. nu. 16. vol. 1.* neq; enim formula ista conuenit dispositioni, quæ fit in testamento, *Menoc. cons. 184. nu. 5. Honded. cons. 39. nu. 14. & seq. vol. 1.* quamuis id quoq; sit controuersum, vt obseruat *Pascal. de patr. potest. p. 1. cap. 8. nu. 122.* Apud *Socin. in cons. 178. n. 8. vol. 3.* legitur reseruatio addita clausula, quòd *in vita posset disponere*, *Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de donation. resolut. 3. nu. 18. vers. Declaratur verò. Molina de primog. lib. 2. cap. 10. nu. 24. Alex. cons. 13. num. 17. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 13. tit. 32. num. 15.* & Senatus Taurini hanc resolutionem amplexus est, quamuis videret ab aliquibus esse impugnatam, vt refert *Tesaur. decis. 209.* Comprobatur 72
hæc opinio sententia illorum, qui dixerunt nõ suffragari reseruationem ad testandum, si fuerit coarctata ad certum casum, vel ad certum genus personarũ, *Marta voto 161. nu. 7. Rip. resp. 145. nu. 4. Pascal. de patr. potestat. p. 1. cap. 8. n. 120.* maximè si addita sit particula, *tantum*, *Rip. in rubr. ff. soluto matrim. nu. 17.* non tamen pretermiserim con- 73
trariam sententiam vti benigniorem præualuisse in Senatu Lusitaniæ, vt testatur *Gam. decis. 348. in fine*, de quo mentionem facit *Franc. decis. 594. in fine*, nihil enim impedit quin possit donator in aliam causam 74
conuertere, & aliter de eis testari, quia reseruatio respicit eius fauorem cui potest renuntiare, ita concludit *Christofor. Mart. Medic. exam. 21. n. 56. & seq.* eadem mens fuit *Fachin. controuers. iur. lib. 6. cap. 91.* & nullius interest magis, quàm donatarij tam angustam interpretationem non esse admittendam, vt magis valeat donatio, quàm subuertatur, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 13. tit. 31. num. 8.* Pariter erit considerandum, num fructus adeo tenues essent, vt aliquid vltra alimenta non superesset, *Gratian. disceptat. forens. cap. 120. nu. 5. Christofor. Mart. Medic. exam. 21. nu. 20. et seq.* siquidem reseruatio illa minimè satis foret ad sustinendam donationem, *Boer. decis. 204. nu. 45. vers. Et istud primo. Trentacinq. d. nu. 18.* & qui allegaret superfuisse fructus, deberet probare illos satis fuisse ad expensas necessarias, alimenta, necnon ad testandum, *Trentacinq. ibid. vers. in hoc casu.*

Circa reseruationem quam faciunt do- 76
natores obseruandum qua forma illa facta fuerit,

fuerit, vt intelligamus, an ad hæredes ab intestato pertineat, vel ad ipsum donatarium: & quidem si donauit sibi reseruatis centum, res est plana, quòd pertinent ad hæredes donantis, quia numquam fuerint in potestate donatarij: sed si sibi reseruauit facultatem disponendi de tanta quantitate donata, tunc non facta dispositione penes donatarium remanebit illa quantitas, vt aliqui existimarunt, & ita censuisse Senatum Taurini testatur *Thesaur. decis. 97. in fine*. sed talem declarationem improbat *Christofor. Mart. Medic. examinat. 21. num. 44. & seq.* eo argumento ductus, quòd per iuris fictionem dicitur disposuisse, dum permisit, quod illa peruenirent ad hæredes ab intestato, fuit obseruatio Iasonis, & quidem egregia secundum *Nattam cons. 123. num. 9. vers. qua profecto*, & ita ratiocinatus est *Franc. decis. 600.* & prius *decis. 45. nu. 2.* latè exornat *Surd. decis. 272. nu. 9. Menoch. lib. 4. præs. 27. nu. 10. Cancer. variar. resolut. p. 1. cap. 2. nu. 112. in nouiss. editione, Mantic. de coniectur. vlt. volont. lib. 7. tit. 7. nu. 14. Fontanel. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 23. nu. 9. & seq. Gratian. disceptat. forens. cap. 50. nu. 21. Polyd. Rip. obser. 103. nu. 5. Ant. Monachus decis. Bonon. 71. num. 81. Sese decis. 48. nu. 5. & seq.* Inde infert *Muta decis. 49. nu. 1. & seq.* quòd donatore delinquente Fiscus succedet in illa portione reseruata ad quam fuissent admissi hæredes ab inte-
77 stato, sed solus fuit in voto, & contrarium fuit decisum, quia diuersa militat ratio inter mortem ciuilem, & naturalem, quodq; venientes ab intestato habeant præsumptã voluntatem decedentis nullo condito testamento, quod nequaquam dici potest de confiscato in ordine ad Fiscum, vt latè deducit *Io. Franc. del Castillo decis. 142. per totam*: id etiam considerat *Mastrill. decis. 277. nu. 20.* qui *num. 63. & seq.* vtitur alia ratione ad exclusionem Fisci, quòd duæ fictiones non debeant simul concurrere, quæ tamen concurrerent; quoniam fingeremus Fiscum esse hæredem, & rursus fingeremus ipsum succedere ex ficta voluntate confiscati.

Hoc loco etiam notandum Cardinalẽ habere facultatem transmittendi suam hereditatem ad succedentes ab intestato, eo ipso quod habet facultatem disponendi *Gratian. disceptat. forens. cap. 558. num. 41.*
Donatio omnium bonorum præsentium, 78
& futurorum facta Ecclesiæ valet illius fauore, *Abb. cons. 102. nu. 2. vers. fauore tamen Ecclesiæ p. 2. Franc. decis. 168. num. 1. Clar. § donatio. q. 20. nu. 3. Gam. decis. 185. nu. 2. Christofor. Mart. Medic. decis. 36. nu. 11. & seq. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de donation. resolut. 3. nu. 10. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 13. tit. 28. Io. Crott. ad l. stipulatio hoc modo nu. 97. Repet. vol. 6. Andreas de Bessetis ad l. Habeat. nu. 194. Cod. de sacrosanc. Eccles. Repet. vol. 7.* & quamuis aliqui contradicant, quos recenset *Genu. practicabil. Eccles. q. 310. nu. 1.* tamen *Francis. Curt. ad l. de quæstione. Cod. de pact. nu. 24. in fine.* dicit durum fore à sententia Bartoli, & sequacium recedere, quam esse veriorem dicit Ibid. *Genu. nu. 4. vers. Prima opinio.* subdens se non videre quid possit responderi illi ratiocinationi, quòd quis possit, se & sua offerre, & donare monasterio, etiam si non efficiatur Monachus. An autem debeat Ecclesia acceptare donationem, dubitat idem *de Bessetis nu. 230.*

Valdè controuersum fuit apud DD. nũ 79
pactum de donando hodiè haberet speciem donationis, & comprehenderetur sub censura *l. si quis argentum. §. fin. de donation. lib. 8. Cod. tit. 54.* in tantum vt *Caull. prac. qq. 209.* existimet in vtramq; partem iuisse tot DD. vt iure dici possit vtranq; opinionem esse communem: ijs autem quos ipse recenset pro affirmatiua, quòd scilicet pactum de donando sit vera donatio, possunt adiungi *Menoch. cons. 1. nu. 234.* & iterum *cons. 92. nu. 27. Fachin. controuers. iur. lib. 11. cap. 24. Gratian. disceptat. forens. cap. 887. num. 20. & seq. Gasp. Anton. Thesaur. forens. lib. 2. q. 60. nu. 5. Fontanel. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 9. p. 4. nu. 28.* qui *nu. 30.* refert varias deci-

siones

ſiones illius Senatus, quemadmodū etiam facit *Cancer. var. reſolut. p. 3. cap. 7. num. 124. in fine.*

Pro negatiua poſſunt inſuper adduci *Bertachinus* citatus à *Teſ. deciſ. 233. num. 5. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. 3. num. 9. Andreas ab Exea de pact. nu. 392. & ſeq. & Roland. conſ. 69. n. 18. vol. 3. Barbos. ad l. 1. p. 3. n. 2. & 3. ſol. matrim. lib. 24. P. tit. 3. A. Fab. ſui Cod. lib. 8. tit. 27. de fideiuſſ. def. 36.*

Fachineus poſuit fundamentum illius opinionis in verbiſmet legis, ibi, *neceſſitatem ei imponi etiam tradere, quod donare exiſtimauerit:* quia qui promiſit ſe donaturum maximè ſe donare exiſtimauerit, ſed *Barboſa d. l. 1. p. 3. nu. 3.* refert illa verba ad dationem, ſiue exequutionem, quæ ex poſt facto fieri debet: quoniam dicit ita fore concipiendum pactum: *dono, vel promitto me donaturum ex cauſa donationis. Fontanell. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 9. p. 4. num. 28.* vult confirmare ſententiam affirmatiuam oſtendendo, quòd ſi poſt illam promiſſionem fieri debet donatio, nihil aliud aſſequeremur, quàm inutilem circuitum: &
8 ideo eum, qui promiſit ſe obligaturum ad ſoluendum decem intra certum diem, adueniente die poſſe conueniri ſtatim, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet, iuxta traditionem Io. Andreæ de qua latè *Caſtill. quotid. con-*
81 *trouerſ. p. 2. cap. 3. per totum*: additur quòd vbicunq; verba futuri temporis proferuntur à contrahente in actu, qui dependet à volontate, ſeu conſenſu tantum illius, tunc illa verba reſoluuntur in tempus præſens, diſpoſitionemq; ac perfectionem actus inducunt, *Chartar. deciſ. Genu. 29. num. 9.* Huic tamen ratiocinationi reſpondet *A. Fab. d. def. 36.* ideo ex promiſſione, quam quis fecit de ſe obligando ad ſolutionem poſſe agi non ſecus, ac ſi ſe obligaſſet, quia huiuſmodi obligatio ſonet in modum priuationis, quæ præſupponit habitum, ideſt præcedens debitum, alioqui promiſſio illa inutilis eſſet, & inefficax, vt potè facta ſine cauſa. At vt quis ſe obliget ad donandum nulla alia cauſa eſt quàm volontas: prius autem eſt vt volontas illa effectum habeat, quàm vt agi incipiat. Cæterum quando in promiſſione de donando leguntur verba, quibus coniici poſſit intentionis contrahentium non fuiſſe de præſenti donationem facere, promiſſio non erit idem quòd donatio perfecta, nec illius vires ſuſtinebit, *Fontanell. d. cl. 4. gl. 9. p. 4. nu. 34.* vbi autem adhærendum foret ſen- 82
tentiæ illorum, qui probarunt dicta l. ſi quis argentum, comprehendere pactum de donando: ſciat etiam in ipſo requiri inſinuationem, & alia ſolemnia, quemadmodum requirerentur in ipſa donatione *Gratian. d. cap. 887. nu. 31.*

Controuertitur num donatio facta ab- 83
ſenti ſtipulante Notario intelligatur acquiſita ante ratihabitionem, & DD. inter ſe diſſident teſte *Laderch. conſ. 75. num. 3. Franc. deciſ. 339. nu. 2.* nam vrgent hinc inde rationes, & authoritates, quas recenſet *Mantic. de tacit. & ambigu conuent. lib. 13. tit. 8. Teſaur deciſ. 70. nu. 1.* Quæſtionem difficilem, arduam, & intricatam, diuq; agitatam, nec dum finitam dicit *Fachin. controuerſ. iur. lib. 8. cap. 91.* Eſt tamen receptum ita cenſeri acquiſitum ius abſenti, vt nequeat reuocari donatio, ſed illa acceptari valeat per abſentem, *Bertaz. clauſ. 18. gl. 7. nu. 2. verſ. Eſt benè verum. Socin. Iun. conſ. 118. nu. 13. vol. 2. Franc. deciſ. 339.* & ibi in fine dicit fuiſſe pronunciatum pro donatario abſente, quia ad validitatem 84
donationis non fit neceſſaria acceptatio, vt tenet *Surd. deciſ. 111. per totam,* & iterum in eadem cauſa *deciſ. 206.* eiuſdem ſententiæ fuit *Florez Diaz de Mena in additione ad deciſ. 8. Gammæ,* vbi ita ſæpius iudicatum teſtatur, & hanc ſententiam vti veriorem, & communiorem amplectitur *Io. Franciſ. à Ponte conſ. 147. nu. 32. & Torniola conſ. 67. nu. 17.* atteſtatur de communi *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 729. num. 19. & 20.* & prius *cap. 297. in fine, Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 20. nu. 1. Cancer. variar. reſolut. p. 1. cap. 8. nu. 44.* & hoc pro regula obſeruari in contractibus ex quibus merū commodum abſenti reſultat, affirmat *Burſat. conſ. 33. nu. 2. & conſ. 118. nu. 4. vol. 1.*

Me-

Menoch. conſ. 1153. vbi concluſionem iſtam firmat authoritate 26. Doctorum, quibus accedit *Handed. conſ.* 37. *num.* 27. *vol.* 1.

85 Non deeſt tamen prætextus multum coloratus pro ſententia illorum, qui dixerunt ante acceptationem poſſe reuocari donationem, inter quos *Borrell. conſ.* 64. *nu.* 2. *& ſeq.* quòd ſcilicet in ea, vt in qualibet alia conuentione requiratur mutuus conſenſus, *Peregr. conſ.* 100. *à num.* 1. *vol.* 5. neq; verum ſit, id exigi tantum in contractibus hinc inde obligatorijs, *Fachin. con-*
86 *trouerſ. iur. lib.* 8. *cap.* 91. ex alio capite requirit acceptationem, quia neget per ſtipulationem Notarij acquiri abſenti, ex quo leges de ſeruis publicis loquentes non adaptentur Notarijs noſtri temporis; & *Laderch. conſ.* 76. *nu.* 1. negat acquiri dominium, & poſſeſſionem ante acceptationem.

Ego crederem optimè, reſponderi poſſe argumento deducto per Peregrinum; mutuum conſenſum debere concurrere in donatione ad effectum, vt dicatur translata poſſeſſio, & dominium, non autem ad hoc, ne donans valeat reuocare donationem ante acceptationem Donatarij, *Valaſ. conſult.* 53. *num.* 3. & ita diſtinguit *Rota apud Farinac. deciſ.* 369. *nu.* 3. *p.* 2. *in recent. Ludouiſ. deciſ.* 567. *nu.* 3. *Rota deciſ.* 683. *nu.* 4. *p.* 1. *in nouiſſ. Seraphin. deciſ.* 472. *nu.* 4. Pariter aduerſus Fachineum dicerem per ſtipulationem adhibitam per Notarium acquiri ius abſenti, vt tenet multorum authoritate ſuffultus *Rol. conſ.* 19. *nu.* 19. *vol.* 1. etiam ante acceptationem *Gratian. deciſ. March.* 39. *nu.* 9. *Intrigl. deciſ.* 20. *nu.* 2. & hoc nedum ex conſuetudine, ſed etiam de iure procedere tenet *Bertaz. cl.* 18. *gl.* 5. *nu.* 4. *verſ. nam hodiè.*

SVMMAE.

Executio ſententiæ poteſt peti vſq; ad 30. annos nu. 1.
Ijs elapſis poteſt opponi non eſſe exequendam nu. 2.
Sententia præſcribitur 30. annis nu. 3.
Officio Iudicis præſcribitur 30. annis nu. 4.
Sententia contraria prima quando valeat num. 5.
Habens ſcientiam ſententiæ eſt in mala fide num. 6.
Contra num. 7.
Vis iudicati conſiſtit in executione nu. 8.
Petitio executionis quid operetur nu. 9.
Proceſſus non eſt exhibendus cum ſententia antiqua nu. 10.
Pro ſententia antiqua præſumitur nu. 11.
Sententia dicitur antiqua lapſo biennio nu. 12.
Arbitratur Iudex nu. 13.
Sententia continens liquidum habet executionem paratam nu. 14.
Executio facta ante liquidationem eſt nulla nu. 15.
Et cauſabit ſpolium nu. 16.
Subhaſtatio ante liquidationem eſt nulla nu. 17.
Sententia poteſt liquidari in ipſa executione nu. 18.
Sufficit liquidationem præcedere executionē facti nu. 19.
Statutum tribuens executionem inſtrumentis intelligendum de liquidis nu. 20.
Inſtrumentū dici poteſt liquidum, & ſi ſit relatum ad id quod reſultabit ex calculis num. 21.
Quando in executione non ſit neceſſaria citatio partis nu. 22.
Executio non conceditur parte incitata, quando petitur eo prætextu, quòd quis non appellauerit, vel deſeruerit appellationem nu. 23.
Executio non conceditur per ſucceſſorem in officio ſine citatione nu. 24.
Contra hæredem condemnati non conceditur executio ſine citatione nu. 25.
Executio differtur ob melioramenta deducenda nu. 26.
Contrarium ſecundum alios nu. 27.
Declara nu. 28.
Exceptio quæ poteſt liquidari incontinenti, impedit executionem ſententiæ nu. 29.
Liquidatio intra quem terminum fieri poſſit nu. 30.

Exceptio

EXECVTIO.

CAP. V.

PEtens executionem, & ad executionem ipsam faciẽdam accedens, debet ad multa respicere.

1 In primis est sciendum executionẽ sententiæ peti vsq; ad 30. annos, vt obseruat *Bald. in l. debitori. 7. nu. 11. Cod. de pactis*, quibus elapsis, 2
poterit opponi sententiam non esse exequendam, Idem *Bald. in cap. vlt. de præscript. & in Rubr. nu. 22. circa finem. Natta cons. 222. nu. 1. Additionator ad speculatorem in tit. de executione sententiæ. §. Postremo, verbo, Contrarium, vers. Alius.* quia tanto spatio sententiæ præscribitur, 3
Abb. cap. fin. num. 30. de præscript. Afflic. decis. 245. nu. 12. vers. Ad secundum. & ibi Vrsill. nu. 11. & rursus *decis. 345. num. 10.* & ibi *Vrsill. nu. 4. Tiraq. de retract. lignag. ad finem tituli nu. 32. Asin. in sua praxi §. 31. lim. 18. Paris. cons. 111. nu. 58. 116. nu. 5. vol. 4. Ruin. cons. 67. nu. 1. vol. 5. Maranta in fine 6. p. nu. 54. Roland. cons. 100. num. 151. vol. 4. Alciat. cons. 107. num. 7. lib. 5. Costa re integra distinc. 27. num. 12. Cyriac. contr. 2. num. 105. Rota apud Farinac. decis. 689. num. 5. p. 1. in recentior. Balb. de præ-*

script. p. 4. principali 4. p. q. 31. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 121. nu. 10. & finitur ius exequendi, *Bald. cons. 67. nu. 3. lib.*
4 *3.* tanto enim tempore præscribitur officio Iudicis, quod imploratur pro executione sententiæ, *Chartar. decis. 120. per totam. Fel. in cap. Inter Monasterium 20. num. 30.*
5 *de sententia, & re iudicata,* inferens ex eo, quòd si feratur noua sententia licet contraria, quòd valebit *Caroc. de remed. aduersus sententiam; except. 60. Achil. de Graff. tit. de præscript. decis. 5. nu. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 403. nu. 11.*

Contrariam sententiam veriorem existimat *Gabr. cons. 149. num. 58. vol. 2.* quia
6 habens scientiā sententiæ est in mala fide secundum doctrinam *Ab. cons. 18. num. 8. p. 2.* præscriptio autem requirat bonam fidem positiuè. Sed ad hoc posset responderi,
7 scientiam sententiæ minimè inducere malam fidem, quia victus potuit credere sententiam esse iniquam, *Gratian. discept. forens. cap. 994. nu. 11.*

Quid si sententia fecerit transitum in iudicatum, quòd nō procedat præscriptio, ex quo deficiat bona fides, notat *Gratian. d. cap. 994. num. 1.* sed contrarium tenet *A. Fab. sui Cod. lib. 7. tit. 17. defin. 12. nu. 2.*
8 quia vis iudicati consistit in executione.
9 Potius esset dubitandum, si semel petita fuisset executio, Idem *Gratian. cap. 403. nu. 1. 994. num. 13.* vel cœpta: quia actio in factum erit effecta litigiosa, *Achil. de Graff. tit. de præscript. decis. 5. nu. 2. Verall. decis. 362. nu. 4. p. 2. Gratian. d. cap. 403. num. 8.* quod de iure Canonico est indubitatum, quia instantia est perpetua.

Quamuis sit receptum pro sententia præsumit teste *Franc. decis. 148. num. 9.* eo maximè quando fuit prolata à Iudice magnæ authoritatis, Idem *Franc. decis. 61. nu. 20.* illud tamen dispiciendum num cum sententia exhibendus sit processus ad hoc, vt possit obtineri executio *Chartar. decis. 58.* tria considerat, quòd parte præsente prolata fuerit sententia, vel citata nō comparuerit, & in sententia legantur enuntiata
10 omnia ad iudicium necessaria. Nos dicimus illud potissimum esse considerandum, num agatur de sententia antiqua; siqui- 11
dem pro ea præsumitur, *Rota deci. 1323. p. 3. in nouiss.* quia si non sit antiqua omnino exhibendus erit processus, *Gabr. cons. 43. nu. 37. vol. 1.* nam tunc cessat præsumptio, quæ stat pro sententia antiqua, *Gratian. decis. 197. num. 1.* Dicetur autem de 12
antiquo lata, si lapsum fuerit biennium à die prolationis, *Gram. decis. 24. num. 9. Ludouic. decis. Perus. 26. num. 14.* ad effectum videlicet de quo agitur, *Thesaur. forens.* 13
lib. 3. q. 2. nu. 3. quamuis *Menoch. de arbitrar. cas. 4. num. 5.* existimet potius id esse relinquendum arbitrio Iudicis, qui determinabit quando sententia possit dici antiqua, vel non, quo se remittit *lib. 2. præs. 68. nu. 19.* Et maximè si non fuerit ab ea appellatum, *Capyc. decis. 16. num. 1.* licet quo ad plures effectus præsumatur pro sententia à qua fuerit appellatum, tradit *Menoch. lib. 2. præs. 67. nu. 41. & seq.*

Illud quoq; considerandum, num sen- 14
tentia contineat quid certum, eatenus enim habet executionem paratam, quatenus continet quid liquidum secundum doctrinam *Bartoli in l. 4. §. si ex conuentione. nu. 3. ff. de re iudicata. Gail. lib. 1. obser. 68. nu. 6. Menoch. cons. 746. nu. 4. Intrigl. decis. 13. num. 14. Rota decis. 70. nu. 6. post tractatum, Mangil. de subhastat.* licet enim in executiuis possit peti executio, tamen Iudex non debet dare illam, nisi prius fiat liquidatio, *Cyriac. contr. 222. nu. 4.* Erit igitur nulla executio facta ante liquida- 15
tionem, *Rota decis. 50. num. 3. post dictum tractatum, Gratian. discept. forens. cap. 318. nu. 7. 333. nu. 8.* & causabit spolium, *Rot.* 16
decis. 87. num. 9. post eumdem tractatum, quemadmodum etiam erit nulla subha- 17
statio, quæ subsequeretur, *Ludouis. decis. 224. Mangil. de subhastation. q. 50. num. 11.*
Qui igitur petit executionem sententiæ nō 18
dum liquidatæ debet se accingere ad illam liquidandam in ipsa executione, secundum *Gratian. disceptat. forens. cap. 183. num. 44.* nam sufficiet liquidationem præcedere 19
executionem facti *Costa de retrotract. cap. 8.*

20 *cap. 8. cas. 9. nu. 1.* Ex his intelligimus, sta-
tuta tribuentia executionem paratam in-
strumentis fore intelligenda quatenus de-
bitum erit liquidum, *Bartol. ad l. Proinde.
25. §. notandum. nu. 3. ff. ad leg. Aquil.* latè
confirmat *Bec. cons. 5. nu. 7. Mynsing. cent.
2. obseru. 6. Anton. Monach. decis. Bonon.*
21 *34. num. 9.* Porro dicetur liquidum etiam
illud instrumentum, in quo quis promisit
certam quantitatem, plus & minus quate-
nus resultabit ex calculis ineundis, *Gra-
tian. disceptat. forens. cap. 183. num 31.* &
licet huius sententiæ fuerint quamplures
citati apud *Franc. decis. 292. nu. 2.* contra-
rium tamen iudicauit *Sacr. Cons.* vt ibi le-
gitur.

Multum quoq; refert scire quo casu ne-
cessaria sit citatio partis in concedenda
22 executione. Si agatur de executione
fienda in illa met re, quæ continetur in
sententia, existimat *Ludouic. decis. Perus.
6. num. 2.* non requiri citationem partis,
quæ opinio non placuit Rotæ, vt testa-
tur *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 31. nu.*
23 *3.* Si tamen peteretur executio sententiæ
ob non interpositam, vel desertam appel-
lationem, quia poterit esse, quòd appellans
legitimè impeditus suam non fuerit prose-
cutus appellationem, quòd ipsi Iudici om-
nino liquere debet, ideo citatio erit neces-
saria, tradit *Ludouic. d. decis. 6. num. 4.* Vt
24 quoq; desiderabitur, si veniat concedenda
executio, non per ipsummet Iudicem, qui
condemnauit, sed per successorem in offi-
cio, notat *Marescott. d. cap. 31. nu. 5.* cum
enim executio fieri debeat causa cognita,
satis constat successorem non adhibuisse
aliquam causæ cognitionem, *Ludouic. d.*
25 *decis. 6. nu. 3.* Pariter quando petitur exe-
cutio contra hæredem condemnati: agi-
tur enim de persona noua, *Marescott. d.
cap. 31. nu. 6.*

Non est autem mirum si dixerimus ci-
tationem esse præmittendam, quando mul-
ta possint proponi per condemnatum, quæ
retardent executionem, illamq; impediant,
quid enim si opposuerit sibi competere
retentionem ob melioramenta deducen-
da, etiã si nondum sint liquidata; quamuis
articulus sit disputabilis, & perplexus se-
cundum *Magon. decis. Lucens. 81. num. 8.*
propter diffidentes Doctorum sententias:
nam quamplures indistinctè tenuerunt su- 26
persederi ab executione, inter quos *Specul.
de except. §. incipit, dicto nu. 25. Rol. à Valle
cons. 28. nu. 2. & 3. vol. 1. Magon. decis. Lu-
cens. 81. nu. 6. & 7. Menoch. recuper. remed.
14. nu. 10. Capyc. decis. 17. num. 7. Ludouic.
decis. Perus. 24. nu. 26. Gail. lib. 2. obser. 12.
nu. 6. Viui. decis. 317. nu. 9. Menoch. recuper.
remed. 15. nu. 569. vers. contrarium verius.
Hering. de fideiuss. cap. 5. nu. 371. Gratian.
decis. March. 12. nu. 13. 220. nu. 14. discept.
forens. cap. 734. nu. 19. Marescott. variar.
resolut. lib. 2. cap. 121. nu. 46.* Alij verò af- 27
firmarunt posse mitti executioni sententiã
data cautione per victorem de soluendis
melioramentis, facta liquidatione, tradit
*Puteu. lib. 2. decis. 471. Rota decis. 659. nu. 1.
& seq. p. 1. in nouiss. Flam. Chartar. decis.
Genu. 15. per totam. Hieronym. à Laurent.
decis. Auenion. 104. nu. 8. vers. deinde cum
exceptio.* & quando non placeret cautela
fideiussionis, posset deponi quantitas alle-
gata, sed non probata, vt obseruauit *Gam.
decis. 4. nu. 3.* cui accedit *Cyriac. contr. 195.
nu. 8.* Ego non recederem à sententia pri-
mo loco recensita, vti frequentiori Docto-
rum calculo munita, & in ratione fundata,
quòd per huiusmodi exceptionem minimè
impugnetur sententia lata: quæ quidem 28
opinio sine difficultate procedet, si liqui-
datio incontinenti fieri poterit, quemad-
modum probauit *Menoch. recuper. remed.
15. nu. 572. & cons. 790. nu. 13.* vt de omni
exceptione verba faciens obseruat *Bellon.* 29
*de his quæ incontinenti, lib. 1. cap. 11. nu. 3.
& 4.* & de hac ista exceptione *lib. 2. cap. 88.
num. 7.* quam declarationem frustratoriam
reputaret *Crauetta cons. 408.* quoniam sen-
serit melioramenta posse semper liquidari
in continenti, quod non admitteret *He-
ring. de fideiuss. cap. 5. nu. 372.* reputans iu-
dicium periti haud dici probationem pro-
batam. Sufficiet autem posse fieri proba- 30
tionem intra terminum assignandum, etiã

mensis, Amat. decis. 23. per totam, qui si
fuerit nimis breuis, assignabitur secundus
Rota decis. 120. p. 2. in nouiss. quæ quidem
probatio debebit continere, melioramen-
ta fuisse facta ab ipsomet illa deducente,
Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 54. quia
non statim sequatur, melioramenta fuisse
facta ab ipsomet, qui in illorum possessio-
ne reperitur: meliorationes siquidem reti-
nentur per illos, qui eas fecerunt Franc.
decis. 191. num. 8. quam probationem non
esse ita facilem obseruat Rol. cons. 28. nu.
31. vol. 1. cum quilibet non sit habilis ad
æstimanda melioramenta, sed adhibendi
sint Architecti, quemadmodum obseruat
Ancharan. Iun. lib. 1. q. 46. num. 10. & 11.
31 In alio pariter casu cessat omnis diffi-
cultas, si in sententia dictum fuit, debere
in primis solui melioramenta, Viui. decis.
317. num. 11. Mastrill. decis. 98. Caldas de
empt. & vendit. cap. 27. nu. 7.
In Cathalonia Senatus seruare consue-
32 uit, vt inspecta qualitate negotiorum, &
litigantium, præstito iure iurando parti su-
per melioramentis, & deposita iurata quá-
titate apud sequestrum, vel publicum de-
positarium, iubeat victori rem restitui, ita
Valas. de iure emphyteu. q. 25. nu. 23. Cæ-
33 terum aliqua subesset difficultas quando
in iudicio nihil oppositum fuisset de me-
liorationibus iuxta obseruationem, quam
fecit Franc. decis. 112. nu. 16. & seq. quam
amplectitur Mastril. decis. 98. n. 6. Intrigl.
decis. 1. nu. 2. ea scilicet ratione, quòd non
constet in genere de melioramentis, neq;
de illorum substantia, Fab. de Anna cons.
43 num. 11. & seq. Giurb. decis. 50. in fine.
& tamen deberet, saltem in genere de eis
constare, Gratian. disceptat. forens. cap. 494.
34 nu. 12. Nihil autem oberit quòd de eis nõ
legatur facta aliqua mentio in sententia,
quia nihilominus in executione poterunt
liquidari Cancer. var. resolut. p. 3. cap. 16.
nu. 93. Gratian. decis. 225. nu. 16.
Illud quoq; est obseruandum, quòd non
in qualibet re potest fieri executio: illam
35 non esse faciendam in supellectili debito-
ris ratio ipsa suadet, quoniam in ea nulla
præcesserit obligatio: cum enim credendũ
non sit quem fuisse nominatim obligatu-
rum supellectilem, certum est illam non iri
comprehensã obligationẽ generali, l. obli-
gatione generali. 6. de pignor. & hypothec.
lib. 20. P. tit. 1. l. 1. quæ res pign. obligar. poss.
lib. 8. Cod. tit. 17. & ob id Mathes. sing. 136.
Docet practicam per quam supellex in- 36
cludatur, vt scilicet in instrumentis appo-
nantur hæc verba, Quòd quis obligat omnia
bona sua præsentia, & futura, etiam si essent
supellectilia, vel vestes propriæ personæ.
Quòd autem valeat consequentia, supel- 37
lex non continetur obligatione generali,
igitur non potest capi pro executione,
probat Asin. in sua praxi §. 31. cap. 2. lim.
32. Anton. Monach. de execut. in vestib.
cap. 1. nu. 23. & seq. plures adducens ad id
confirmandum, præsertim quando debi-
tor multa stabilia possidet, Gait. de credito
cap. 4. quæsito 5. nu. 103. confirmant passim
DD. inferentes ad diuersa, & inter cætera, 38
quòd non debeat fieri executio in libris
scholaris notat Gabr. Saray. post dictũ sing.
136. nu. 1. & 2. pariter corroboratur ex eo, 39
quòd vtensilia non auferuntur cedenti bo-
nis, quamuis cogatur indicare omnia, &
non sit in eius potestate, neq; obolum reti-
nere, Gait. de cre[di]to cap. 4. quæs. 5. nu. 115,
Si verò supellex in qua facienda est exe-
cutio posset adhuc deseruire vsui debito-
ris tunc executio sustineretur, veluti quan- 40
do vxor agit ad assecurationem dotis ob
vergentiam mariti ad inopiam, Mantic. de
tacit. & ambigu. conuent. lib. 11. tit. 8. nu. 33.
Gait. de credito quæsito. 5. num. 74. & seq.
Item quãdo debitor possideret simplicem 41
supellectilẽ, P. Gerard. de Petra Sancta sing.
35. quia si alia non tenet bona, ne inanis
euadat obligatio credendũ ipsum voluisse 42
illam et obligare Parlad. lib. 2. rer. quoti. cap.
fin. p. 5. §. 3. n. 20. ob eamdem rationẽ relin-
quendi sunt debitori fructus necessarij ad 43
eius indigentiã habita etiam ratione digni-
tatis, Rot. Bonon. decis. 70. nu. 11. vers. quo
verò ad fructus in select. & in hoc circum-
spectus Iudex suum interponet iudiciũ. Ri-
pa d. l. obligatione generali. nu. 57. vers. ego
arbitror.

arbitror. habita ratione qualitatis debitoris, *Monach. de execut. in vestib. cap.* 12. *num.* 6. Item sunt relinquendi fructus pro
44 alimentis vxoris; quoniam bona mariti sunt tacitè pro illis obligata, *Negusant. de pignoribus* 4. *m.* 2. *p. nu.*47. *& seq. Surd. de alim. tit.* 8. *priuileg.* 49. accedit idem *Monach. d. tractat. cap.* 13. *num.*42. Prædictis
45 accedit quòd executio debet esse discreta, & non in otiosa, vt deducit idem *Monach. cap.* 7. *num.* 28. nam Bald. dixit appellari ab executione indiscreta, *in l. Ab executione.* 5. *nu.* 9. *vers. ex prædictis Cod. quorum*
46 *appellat. non recipiant.* Executio non est facienda in vestibus vxoris, quia veniunt appellatione alimentorum, etiam si sint prætiosæ, quando conueniunt illius conditioni, *Idem Monach. cap.* 13. *num.* 35. *& seq. & nu.* 62.

47 Boues aratorios non posse pignori capi dixi ad lib. 2. Constitut. tit. 12. §. Cum executiones. quibus addo id etiam fuisse iniunctum per ordinationem Regiam Caroli VIII. & insuper per illam minimè licere capere, neq; pro tributis, & taleis, vt testatur *Rebuff. ad ll. Reg. tit. de lit. obligat. ar.* 2. *gl. vnic. num.* 102. *& seqq.* Quia si de
48 possessionibus extraherentur boues, tributorum illatio retardaretur, *l. executores.* 7. *quæ res pign. oblig. poss lib.* 8. *Cod. tit.* 17. & etiam sterilitas causaretur, *Rip. de remed. præseruat. contra pestem. num.* 221. quod tamen minimè seruari Florentiæ testatur *Asin. in sua praxi* §. 31. *cap.* 2. *lim.* 33. *& Caroc. in tit. de inuect. q.* 20. *in fine*, dicit suis temporibus ob calamitates minimè fuisse seruatam hanc formam, quæ tamen in Cathal. seruatur, vt testatur *Peguer. decis.* 184. *nu.* 1. & sanctionis validitatem ex eo reco-
49 gnoscit, quòd boues sint necessarij in agricultura; à qua pendet hominum vita. Et
50 in tantum non licet capere, vt possit contra exequtores procedi de furto, *Plot. de in litem iurando nu.* 712.

Quid si debitor non habet alia bona ex quibus possit satisfieri creditori, In hoc articulo dissident ad inuicem DD. vt obseruat *Giurb. decis.* 40. *nu.* 12. *& seq.* affirmantibus quibusdam posse capi, & alienari in 51
subsidium bona aliàs prohibita capi, & exemplificat in stipendijs militum, *Maranta specul. p.* 6. *vers. Et post omnia. nu.* 45. *& seq. Plot. de in litem iurando num.* 712. quod probauit *Baeza tractat.* 2. *cap.* 16. *nu.* 119. *&* 121. perpendens naturam illius dictionis, executiones: quia aliud sit prohi- 52
bere ne fiant executiones, aliud ne de bonis recensitis satisfiat creditoribus: primo casu occurritur rigori executorũ, qui statim de quibusuis bonis indistinctè asportant; in secundo verò maximè lęderetur æquitas, quæ postulat, vt suum vnicuiq; reddatur, ad quam considerationem respexit *Plot. d. nu.* 712. eiusdem sententiæ fuit *Donell. in l. Executores.* 7. *nu.* 5. *Cod. quæ res oblig. poss.* ea motus ratione, quòd debitor nulla alia bona possidens detruderetur in carceres, quanto igitur facilius erit, inquit, res ipsas capere. In contrariam sententiã iuit *Menoch. de arbitr. cas.* 378. *nu.* 10. *& seq.* & eius 53
opinionem seruari in regno testatur *Gait. de credito cap.* 4. *quæst.* 7. *nu.* 554. amplectitur *Pegner. decis.* 184. *num.* 3. *Parlad. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 3. *num.* 20. *circa finem.*

In hoc statu ex stylo Magistratus quibusdam mensibus, neq; in subsidium licet capere boues, notat *Costa remed. subsid.* 43. *nu.* 6. 54

In Hispania lege nominatim est cautũ, quòd neq; in subsidium huiusmodi boues capiantur, *Parlad. lib.* 2. *cap. final. p.* 5. §. 3. *nu.* 21. citat *l.* 5. *tit.* 17. *lib.* 5. *recopil. & l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 6. contrariam legem citat *Baeza*, nimirum *l.* 3. *tit.* 27. *p.* 3. At in decreto Sabaudiæ, *tit. de forma, ac ordin. proced. in pignorat. in fine.* excipitur casus in quo debitor nihil aliud habeat. In Regno extat capitulum Regis Caroli II. idem sanciens, refert *Afflic. s. Constit. Neapol. lib.* 1. *Rubr.* 91. *nu.* 6. 55

Non etiam in libris potest fieri executio, *Acenrs ad l. Nepos Proculo.* 125. *verbo. dignitate. ff. de verbor. significat.* cuius meminit *Rebuff. ad ll. Reg. tit. de lit. oblig. art.* 2. *gl. vnic nu.* 95, & iterum *art.* 6 *gl.* 3. *num.* 68. 56

vt

vt neq; etiam possint capi pro pensione locationis, Idem *Rebuff. art.4.gl.2. num.18. M. Anton. de Amat. decis.86. num.3. Rot. March.*

An autem in re dotali constante matrimonio pro debito vxoris fieri possit executio, distinctis aliquibus casibus, iuxta speciem obligationis, & tempus quo contracta fuit, facilis erit resolutio: nam si obligatio continet hypothecam bonorum sine dubio poterit fieri executio, quia
57 transiuerant cum sua causa, vt fuit conclusum in Sacr. Cons. teste *Capyc. decis.128. nu.4.* accedit *Chartar. decis.34. num. 8.* si verò persona tantum mulieris fuit obligata, tunc debet maritus permittere pignorantionem bonorum saluo iure vsusfructus, vel sinere vxorem præstare iuratoriã cautionem de sanando debitum soluto matrimonio: si verò constante matrimonio orta est obligatio, non licuit creditoribus ius quærere in præiudicium mariti, sic ratiocinatur *Cost. remed. subsid. 44. per totum.* eamdem distinctionem amplectitur *Io. Francis. del Castill. decis. 97. per totam.*
58 Hinc si mulier cõstante matrimonio commiserit delictum, non publicabuntur bona dotalia in præiudicium viri, tradit *Peregr.*
59 *de iure Fisci lib.5. tit.1. nu.118.* Quòd verò pro debito mariti non possint capi bona dotalia legitur apud *Gam. decis. 200. per totam.*
60 Executionem factam super bonis debitoris licitum est variare, & ad alia bona redire secundum *Thesaur. forens. lib.1. q. 7. num. 6.* quando executio non est perfecta, puta quia non sit deuentum ad subhastationem oppignoratorum, & in his terminis non loquitur *Guid. Pap. q. 348.* Donec enim non fuerit satisfactum creditori, po-
61 terit alijs remedijs sibi prospicere, puta post adeptam tenutam bonorum debitoris
62 procedere etiam ad capturam, & facto sequestro adhuc suum creditum petere, *Natta in cons.496. nu.18. & seq. Surd. cons. 365. nu. 31.* idq; nedum coram eodem Iudice, sed etiam coram diuersis, *Bec. cons. 17. nu.3. Gratian. disceptat. forens. cap.118. nu. 40.* per electionem siquidem vnius viæ 63
non præcidit sibi cursum ad aliam, *Gratian. decis. March.4. nu.72.* quia in executi- 64
uis licet variare *Ias. cons 9. num.41. & 42. vol.1.* Vice versa qui curauit detineri de- 65
bitorem poterit etiam capere bona, *Rebuff. ad ll. Reg. tractat. de lit. oblig. art.11. gl.3. nu. 12. Baeza de inope debit. cap.1. num. 29. in fine. Franc. decis.200. num.3. Cancer. var. resolut. p.2. cap.3. nu.96.* quia ambo sunt re- 66
media tendentia ad executionem actionis, *Sola ad decret. Sabaud. tit. quando procedendum sit in executiu. gl.3. nu.16. Alex. cons.130. nu.15. lib.4.*

In hoc materia est vulgatum effatum, solue, & repete *Cyriac. contr. 120. nu. 29.*

SVMMAE.

Iudex debet condemnare vitũ in expensis n.1
Litigantium temeritas coercenda nu.2.
Condemnatus ex probationibus priuilegiatis non damnatur in expensis nu. 3.
In vno grauatus debet in alio releuari nu.4.
Damnatus per sententiam interlocutoriam condemnatur in expensis nu.5.
Condemnatio expensarum num complectatur illas factas ante exhibitionem instrumenti nu.6.
Quæ expensæ sint reficiendæ nu.7.
Expensarum delicatarum nulla habenda ratio nu.8.
Iudici non sunt subministrandæ expensæ delicatæ nu. 9.
In illarum taxatione habenda ratio qualitatis personæ nu. 10.
Quantitas quomodo liquidanda nu. 11.
Quando sunt mediocres nu.12.
Damna quando veniant appellatione expensarum nu.13.
Aduocatus potest lucrum amissum prætendere nu. 14.
Ni deducatur ob tenuitatem causa nequaquã fuisse in totum occupatum nu. 15.
Damna propriè dicta non continentur nomine expensarum nu.16.
Absolutus ab expensis non censetur absolutus à damnis nu.17.

Et

EXPENSÆ LITIS.

CAP. VI.

Egula est satis recepta in iudicijs, victum per sententiam debere in expensis condemnari *Viui.decis.* 47.*num.*1.*Surd. cons.*142. *nu.*1. adeo vt si Iudex prætermiserit talem declarationem, debeat illas parti læsæ reddere, *l. Properandum.*13. §. *siue autem. 6. de iudicijs. lib.*3. *Cod. tit.*1. coercenda enim temeritas litigantium, 2 *cap. finē litibus.* 5.*de dolo, & contumac. lib.*2. *D.tit.*4. sed an hoc erit seruandum vbi sen- 3 tentia esset lata ex probationibus priuilegiatis, iuramento scilicet suppletorio delato, negatiuè per Senatum Taurini fuisse decisum testatur *Thesaur. decis.*236. nam in vno grauatus debet in alio releuari, 4 *Mar. Anton. var. resolut. lib.*2. *resolut.* 6. *num.*17. *Neuizan. cons.*94. *num.* 7. *& seq.* affirmatiuā sententiam latè defendit: neq; enim succumbens ex hoc potest dicere se aliquo damno affectum, propter quod debeat excusari ab expensis: nam si vsus fuisset veritate, non oportuisset facere tales expensas. Habebit tamen locum etiam 5 quòd fuerit condemnatus per sententiam interlocutoriam, *Barbos. ad l. Eum qui temerè.*79. *in principio. nu.*152. *ff. de iudicijs.* & probatur per *cap. significauerunt.* 36. *de testib. & attestation. lib.*2. *D. tit.*20. plenè *Afflic. decis.*42. *Viui. decis.*47. *nu.*2. Et siue proferatur sententia in causa ciuili, siue in criminali, *Surd. cons.*142. *nu.* 1.

Porro valdè controuertitur, num is qui 6 probabiliter ignorabat ius aduersarij, si post exhibita iura non statim acquiescat, sed contendat, & succumbat, debeat condemnari in omnibus expensis, etiam illius temporis, quod præcessit productionem instrumentorum, vel examen testium: dissident inter se Doctores, *Bartol. in l. si quis infitiatus.*13. *ff. depositi.* eius fuit sententiæ, quòd condemnatio non deberet excedere tempus, à quo fuit productum instrumentum,

tum, cuius ſententiam veriſſimam repu-
tat *Fachin. controuerſ. iur. lib.* 1. *cap.* 41.
illam aſſignat rationem, quòd quemad-
modum habens iuſtam cauſam litigandi
per totum tempus, non condemnatur in
aliquibus expenſis; ita qui habuit per ali-
quod tempus iuſtam cauſam debebit per
illud abſolui, ſequitur *Gratian. diſceptat. fo-
renſ. cap.* 725. *nu.* 37. Hanc opinionem am-
plexum fuiſſe Senatum Cathaloniæ teſta-
tur *Fontanel. deciſ.* 96. *nu.* 11.

Non tamen malè ageret Iudex, ſi con-
demnaret in expenſis factis etiam ante
productum inſtrumentum; quia præſumi-
tur quòd ſi etiam prius vidiſſet iura aduer-
ſarij, eodem modo iniquè litigaſſet, ex quo
illis viſis non deſtitit, *Natta conſ.* 232. *n.* 4.
accedit *Surd. conſ.* 437. *nu.* 37. *& ſeq.* Pari-
ter ſi conuentus in iudicio negat debitum,
tenetur ad expenſas etiam ſi ante inter-
pellatus non fuiſſet, quia credendum eſt
etiam illum negaturum fuiſſe extra iudi-
cium, ſicut etiam in iudicio negauit *Natta*
7 *conſ.* 387. *nu.* 6. Facta condematione ex-
penſarum videndum quid ea contineatur,
& quo pacto illarum quantitas liquide-
tur, & certum eſt ea contineri ſalaria Pro-
curatorum, Aduocatorum, Notariorum,
Scribarum, & ſimilium, item expenſas ci-
barias factas eundo, ſtando in hoſpitio, &
redeundo; detractis tamen illis quas domi
facturus erat, tradit *Aſin. in praxi* §. 32. *cap.*
3. *nu.* 2. *&* 7. *Theſaur. deciſ.* 67. *nu.* 4. *Rota
apud Farinac. deciſ.* 569. *nu.* 1. *p.* 2. *in recen-
tiſſ. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 33. *n.* 35.
Io. Anton. Bellon. conſ. 89. *nu.* 4. quod tamen
minimè ſeruari notat *Sola ad decret. Sa-
baud. tit. de excuſſ.* 40. *gl.* 7. *nu.* 5. Illo in-
8 ſuper addito, quòd delicatarum expenſa-
rum non habebitur aliqua ratio, *Aſin. in
praxi* §. 32. *cap.* 3. *nu.* 6. vt in ſimili legitur
9 de expenſis ſubminiſtrandis Iudici quan-
do ad locum differentiæ ſe confert, notat
Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 57. *num.* 3.
10 & habendam eſſe rationem qualitatis per-
ſonæ in huiuſmodi taxatione admonet *So-
la ibid. nu.* 8.
11 Quantitas autem expenſarum liquidari
poterit per probationes non ita rigoroſas,
puta per iuramentum, vel per coniecturas,
quoniam iam conſtat de illarum ſubſtan-
tia *Cyriac. contr.* 42. *nu.* 2. *& ſeq.* ſi tamen 12
forent magnæ deberent liquidari alio ge-
nere probationis, *Io. Anton. Bellon. conſ.* 89.
nu. 2.

Illud autem erit obſeruandum, non eſſe
metiendas ex vtilitate, quæ reſultauerit,
ſed erit habenda ratio eius, quod re vera
fuit expenſum *Io. Bapt. Larrea deciſ. Gra-
natenſ.* 88. *nu.* 6.

Controuertitur num in condemnatione 13
expenſarum contineantur etiam damna,
& ſi loquamur de damno cauſato à ceſſa-
tione lucri, quia dicitur expenſa perſona-
lis, vt obſeruat, *Valenz. conſ.* 50. *num.* 9. ve-
niet appellatione expenſarum *Boer. deciſ.*
52. *nu.* 6. *Gail. lib.* 1. *obſer.* 151. *nu.* 17. *& ſeq.*
Surd. de alim. tit. 9. *q.* 39. *num.* 11. *Gratian.
diſceptat. forenſ. cap.* 56. *nu.* 44. 833. *nu.* 27.
Horat. Giouagn. lib. 1. *reſp.* 46. *nu.* 13. dici-
tur enim illud ab eo abeſſe, quod impedi-
tus vacare ſuis negotijs non eſt conſecu-
tus, vt obſeruat *Aſin. in praxi* §. 32. *cap.* 3.
nu. 13. Aduocatus igitur, vel aliquis artifex 14
in litigando occupatus ſi vincat, eiusq; ad-
uerſarius comperiatur condemnatus in
expenſis, poterit lucrum amiſſum præten-
dere, vt probauit *Monter. deciſ.* 14. *nu.* 38.
& ſeq. reprobato *Theſaur. deciſ.* 67. *num.* 5.
verſ. Contrarium. à cuius ſententia receſ-
ſit etiam *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 33. *nu.*
46. *Burſat. conſ.* 294. *nu.* 10. *&* 12. Ad de-
clinandam igitur talem prætenſionem de- 15
bebit victus probare tenuitatem cauſæ,
quæ ob id totum hominem minimè occu-
pauit, *Io. Anton. Bellon. d. conſ.* 89. *num.* 6.
Quo ad damna propriè dicta aliud reſpon- 16
dendum, quia appellatione expenſarum
non continentur, tenet *Oſaſc. deciſ.* 46. *n.* 2.
*Sola ad decret. Sabaud. de except. declinat.
tribunalis gl.* 4. *nu.* 3. *Monter. deciſ.* 14. *nu.*
50. *Bering. de fideiuſſ. cap.* 26. *nu.* 74. *& ſeq.*
& ita abſolutum ab expenſis non cenſeri 17
liberatum à condemnatione damnorum,
probat *Surd. deciſ.* 261. idem tenet *Gra-
tian. diſceptat. forenſ. cap.* 33. *n.* 54. *cap.* 833.
nu. 25.

num. 25 *Fontanel. decis.*97.*nu.*2. sequitur
18 *Cyriac.contr.* 61.*num.* 20. vice versa condemnatus in expensis non censebitur condemnatus in damnis, *Monter. d. decis.* 14. *nu.*51. *Iason. in l.*1.§. *hoc iudicium. nu.*7. *ff. si quis iusdicenti non obtemperauerit*, *Asin. in prax.* §. 32. *cap.* 4. tanto minus quando nulla præcessit specifica petitio, ad differentiam expensarum pro quibus sustinetur condemnatio, etiam quòd non adsit specifica petitio, tradit *Idem Monter. n.*53.
19 *& 54*. Ex remissione damnorũ nõ infertur ad remissionem expensarum, *Boer. decis.* 52. *nu.*7. *Gratian. disceptat. for. cap.*833. *nu.* 26.
20 Si autem fuerint plures consortes litis, & Iudex eos simpliciter condemnauerit, intelligetur facta condemnatio pro rata, vt apud *Verall. decis.* 343. *p.* 1. *Chartar. decis. Genu.* 28. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 33. *nu.* 50. *et seq. Iacob. Cancer. variar. resol. p.* 3. *cap.* 17. *num.* 295. *Cost. de ratione*
21 *ratæ q.* 26. *num.* 10. secus quando petitum esset libello eos insolidum condemnari, & sententia haberet relationẽ ad libellum, *Idem Costa q.*138. *nu.*12. *Tort. ad stat. Papiæ Rubr.* 39. *n.*35. *vers. Sed quid ibi, nisi tamen.*
22 Condemnatio expensarum simpliciter facta per Iudicem ad quem intelligitur etiam de expensis primæ instantiæ, fuit doctrina Alexandri in quodam consilio haud impresso, vt obseruat *Marsil. sing.*683. sequitur *Felin. in cap. significauerunt.* 11. *n.*7. *de except. Dec. in cap. sæpe. nu.* 34. *de appellat. Sola ad decret. Sabaud. tit. de excuss.* 40. *gl.*7. *num.* 6. *Amat. decis* 73, *Io. Francis. del Castillo. decis.*86. *nu.*5. *Giurb. decis.*81. *n.*1. *Scac. de appellat. q.*17. *limit.*21. *nu.*49. *Gratian. decis. March.* 50. *nu.* 13. Et hoc in-
23 telligendum nedum de expressa condemnatione, sed etiam de tacita *Castil. d. decis.*
24 86. *nu.*9. ni in primis sententijs victus esset expresse absolutus: siquidẽ eo casu oporteret victorem appellare à dicta absolutione expressa, aliàs propter transitum in iudicatum non poterit ei succurri per secundũ Iudicem, *Gratian. decis. March.* 50. *nu.* 13. Cæterum de potestate Iudicis cõdemnan-
25 tis non est hæsitandum, quia appellatio deuoluit totam causam ad Iudicem superiorem, *Peregrin. decis.*128. *nu.*13. vt non sit propterea adhærendum sententiæ Aretini, qui dixit per Iudicem appellationis non esse apponendam manum expensis in prima instantia factis: eius doctrinæ meminit *Dec. in cap. reprehensibilis. nu.*23. *de appellat.* A resolutione præcedenti, quòd Iudex appellationis voluerit tacitè condẽnare in expensis primæ instantiæ receditur, quando constaret victũ in prima instantia habuisse iustã causam litigandi: quia tunc 26
verba sententiæ apta comprehendere plura, vel pauciora, vel habere effectus diuersos, nũmquam trahuntur ad illum sensum per quem Iudex videatur facere iniustitiã, notat *Felin. cap. significauerunt.* 11. *nu.*7. *de except.* sequitur *Amat. d. decis.*73. *Scac. itidem d. q.* 17. *lim.*21. *nu.*49. Eadem consideratione vtitur *Menoch. lib.*2. *præs.*88. *nu.* 2. in sensu videlicet contrario, quòd nimirum censeantur comprehensa quando aliter dicendo resultaret iniustitia: sed parcat mihi non benè applicat conclusionem, quia proprietas verborum per se est apta comprehendere casum, neq; indiget aliquo argumento, quod desideratur quando ab illa est recedendum, Illud quidem verũ 27
est quòd in arbitrio Iudicis secundæ instantiæ stat absoluere victum ab expensis propter authoritatem sententiæ, quam obtinuit in prima instantia, notat *Fachin. controuers. iur. lib* 1. *cap.*41. *ad finem. Viui. decis.*47. *nu.*5. *& seq.* & absolutio simpliciter 28
facta comprehendet quoq; expensas primæ instantiæ, teste *Peregrin. decis.*128. *nu.* 13. accedit *Giurb. decis.* 81. *nu.* 1. Verum quidem est, quòd adhibetur illa declaratio, tunc demum succumbentem in secunda instantia absolui ab expensis factis in prima instantia, si fuerit condemnatus ex nouis probationibus, & actitatis, tradit *Mynsing. centur.* 2. *obser.* 89.
Iusta causa litigandi efficit, vt debeat 29
victus absolui ab expensis, quemadmodũ suadet *l. qui solidum.* 78. §. *Etiam.* 2. *de legat.* 2. notat *Fachin. contruers. iur. lib.* 12. *cap.*52. *Chartar. decis.* 1. *num.*3. *Surd. cons.*

142.*nu.*6. *Menoch.conf.*909.*nu.*57. *Cyriac. contr.*61. *nu.* 17. Sed controuertitur num id procedat etiam quando extat statutum quo legitur cautum, vt victus condemnetur in expensis multi recensiti apud *Fachin. lib.*12. *cap.*52. fuerunt eius sententiæ, quod non suffragaretur iusta causa litigandi, ad hoc vt statutum aliquid operetur vltra ius cómune, ibi recensitis addo *Surd. conf.*252. *nu.*27. *de alim. tit.*6. *q.*3. *num.*27. alios recenset *Chartar. decis.* 1. *num.* 10. à quorum sententia ipse non discedit, præsertim si verba statuti diriguntur ad personam victi.
30

Ego cum Fachineo existimarem æquiorem esse contrariam sententiam, quam veriorem dicit *Iason. in l. Properandum.§ siue autem alterutra.nu.*7. *Cod. de iudicijs*, quando statutum aliquid operatur vltra ius cõmune: in hanc partem inclinat *Ioseph Ludouic. decis. Perus.*52. *Gratian. disceptat. forens. cap.*725. *nu.*38. notans idem fore dicendum, licet apposita esset dictio, *semper. licet. s. cap.*33. *nu.* 2. *&* 4. adhæsisset contrariæ sententiæ, latè *Fontanel. de pact. nuptial. cl.*4. *gl.*18. *p.*4. *nu.*112. *& seq.*

31 Retenta hac opinione, sciendum plures recenseri causas legitimas, quæ mouent ad litigandum, vt apud *Menoch. de arbitr.*
32 *cas.*177. multum commendata est illa, quæ tribuitur opinioni alicuius excellentis Doctoris, vt apud *Mathes. sing.* 80. *num.* 2. *Viui. decis.*47. *nu.*7. *Afin. in sua praxi* §.32. *cap.*2. *lim.*2. *princip. Gail. lib.*1. *obser.* 152. *num.*6. *Gratian. disceptat. forens. cap.*524. *nu.* 52.

Illud quoq; non est prætermittendum, omissionem condemnationis expensarum præiudicium inferre vincenti, vt non sit audiendus in illarum petitione: nam terminato transactoq; negotio, postea nulli actio, neq; ex rescripto super sumptuum
33 petitione præstabatur. Post absolutũ enim dimissumq; iudicium nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia, *l. Terminato.* 3. *de fructib. et litium expens.*
34 *lib* 7. *Cod. tit.*51. imo colligunt DD. victũ censeri absolutum, *Ias. in citata l. Properandum §. siue autem alterutra. nu.* 7. *Afin. d.* §. 32. *in* 3. *sublimitat. p limitat. princip. num.*6. *& lim.* 22. *Menoch. lib.* 2 *præs.* 89. *Chartar. decis.* 1. *nu.* 1. *Gamb. decis.*81. *n.*2. quando enim debentur officio Iudicis, & fuerunt prætermissæ in sentẽtia victus censetur absolutus, *Sola ad decreta Sabaud. tit.* 27. *de sentent. gl.* 1. *nu.* 27.

35 Trita est, & ab omnibus in foro versantibus decantata conclusio, in iudicijs ciuilibus perempta instantia, actorem nequaquam de nouo audiri, nisi prius refectis expensis per aduersantem factis in illo primo iudicio, quod ad finem non fuit perductũ, tradit *Dec. conf.*34. *nu.*5. *&* 6. & præsupponit *Clar.* §. *fin. q* 51. *num.* 8. & ideo Bald., quem commendat *Curt. Iun. conf.*163. *n.*4. 36 dicit exceptionem reficiendarum expensarum esse impeditiuam litis ingressus in alio iudicio, & si procedatur earum non 37 facta solutione, processus est nullus, *Mastril. decis.*70. *nu.* 12. in tantum vt non sufficiat actorem iudicium renouare contendentem, paratum se offerre illas soluere, etiam præstita fideiussione, postquam fuerint taxatæ, quandoquidem taxatio potest statim fieri, & ita non erit differenda solutio, *Rugniel. prac. qq. cap.*18. *num.* 15. *& seq.* Et licet Nou. Constit. sit vtriq; parti statutus certus terminus ad sibi incumbentia faciendum, & neuter quicquam agat, non ideo minus habebit locum conclusio firmata: Non equidem poterit Iudex ad aliquam diffinitiuam sententiam circa merita causæ deuenire, idq; cedet damno vtriusq; 38 sed non erit sublata facultas eidem Iudici suo officio pronuntiare instantiam desertam, & condemnare partem in expensis, *Alex. conf.* 137. *nu.* 1. *lib.* 2. quia hæc veniunt in consequentiam propter iustitiæ complementum, *Scac. de sentent. & re Iudic. gl.*14. *q.*7. *nu.*40. Dum autem partem 39 dixi, intelligo actorem, quia periculum expensarum ad ipsum pertineat, *Grammat. decis.*91. *nu.*6. *Dec. d. conf.*34. *nu.*6. *Mastril. decis.*70. *num.* 11. 40 etiam quod ipsemet reus impetraret restaurationem instantiæ, tradit *Gram. loco citato*, & sequitur *Tort. ad stat.*

ſtat. Papiæ Rubr. 1. nu. 246. in fine. Paſcal. de patr. poteſt. p. 1. cap. 8. nu. 214. Et in tan-
41 tum ad actorem pertinet periculum expenſarum, vt etiam ſi in iudicio reſtaurato obtineret, & reus condemnaretur in expenſis, non tamen actor recuperaret expenſas ſolutas ob inſtantiæ interitũ, *Franc. deciſ. 331. Paſcal. d. cap. 8. nu. 215. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 960. nu. 2.*
42 Porro lapſus inſtantiæ, quando nihil fuit præſtitum per actorem, neq; per reum attribuitur negligentiæ actoris, quia ipſi incumbit onus procurandi expeditionem cauſæ, docet *Gram. d. deciſ. 91. num. 5.* qui ſi velit reijcere culpam in reum, debet docere inſtantiam dolo rei, vel protractione perijſſe, tradit *Boer. deciſ. 247. num. 11.* ſed neq; id ſufficeret, niſi doceret impedimentum iniectum ab aduerſario fuiſſe cauſam immediatam lapſus inſtantiæ, quia ſi non fuiſſet impeditus feciſſet quod ſibi incumbebat, *Gratian. deciſ. March. 34. num. 17.*

Reus, & ſi nihil agat, non eſt reputandus negligens, quia ſciebat nihilominus ſe fore abſoluendum: quoniam ſit axioma
43 indubitatum, actore non probante abſoluendum eſſe reum, etiam nihil præſtantẽ, *l. Qui accuſare. 4. de edendo. lib. 2. Cod. tit. 1.* nam actor, quod probare ſe non poſſe profitendo, reum neceſſitate moſtrandi contrarium non adſtringit: cum per rerum naturam factum negantis, probatio nulla ſit, *l. Actor. 23. de probation. lib. 4. Cod. tit. 19.*

Expenſarum cõdemnationem aliquando ſubit is, qui litem inſtitui recuſabat: vt ſi iudicium à populo intendatur, & aliqui contradixerint, nihilo minus expenſis ſunt grauandi, vt pote quia ex publica vtilitate commodum ſentiant, *Io. Bapt. Larrea deciſ. Granat. 88. nu. 16.*

SVMMAE.

Familiæ appellatio refertur ad res, & perſonas nu. 1.
Familia dicitur de pluribus perſonis exiſtentibus ſub poteſtate vnius nu. 2.
Qui viuunt ſub eodem tecto dicuntur de familia nu. 3.
Duo non faciunt familiam nu. 4.
Tres ſic nu. 5.
Familia pro ſubſtantia accipitur nu. 6.
Familiæ nomine continentur nedum deſcendentes, ſed etiam tranſuerſales nu. 7.
Fœmina eſt de familia nu. 8.
Admittitur ad relictum familiæ nu. 9.
Familiæ nomen eſt commune ad maſculos, & fœminas nu. 10.
Etiam ſi nuptæ fuerint nu. 11.
Hoc habet locum in priuilegijs conceſſis familiæ nu. 12.
Verba pro conſeruatione familiæ, non includunt fœminam nu. 13.
Familiæ deſtruuntur per fœminas nu. 14.
Teſtator qui prætulit remotiores maſculos fœminis cogitauit de conſeruatione familiæ nu. 15.
Fideicommiſſum perpetuum tendit ad conſeruationem familiæ nu. 16.
Fœminam non comprehendi colligimus ex materia ſolis maſculis congruenti nu. 17.
Familia vna ex multiplici colonello eſſe poteſt nu. 18.
Non valet conſequentia, eſt de tali familia, ergo eſt nobilis nu. 19.
Teſtator dum nominauit familiam ſuam, propriam intellexit nu. 20.
Charitas ordinata incipit à ſe ipſo nu. 21.
Si eligendus ſit mandato teſtatoris aliquis de tali familia, eligetur qui ſit de eius familia nu. 22.
Quando adeſt nu. 23.
Alioqui ſufficiet eſſe eiuſdem nominis, & portare eadem inſignia nu. 24.

FAMILIA.

CAP. VII.

Familiæ appellatio variè accipitur, nam refertur ad res, & perſonas, vt ex l. 12. tab. colligit I. C. in *l. Pronuntiatio. 195. de verbor. ſignificat lib. 50. P. tit. 16.* pro- 1
prie

2 priè autem dicimus familiam, plures per-
sonas, quæ sunt sub vnius potestate, siue
natura, siue iure sint subiectæ, *l. Aediles.
25. §. familiæ. 2. de ædilici. edic. lib. 21. P. tit.
1.* & siue liberi, & siue serui, *Cyriac. contro.
153. nu. 33.* aut etiã liberti, *Raud. de analog.
lib. 1. cap. 19. nu. 5.* complectiturq; personas
diuersi gradus: nam est nomen collectiuũ
diuersarum personarum diuersorum gra-
duum, *Raud. de analog. cap. 6. num. 13. Bec.
cons. 150. nu. 5.* Pædius ait, familiæ appel-
latione, & filios familias demonstrari: fa-
cta enim domesticorũ redhibitoria agen-
tem præstare voluit, *l. Quod si nolit. 31. §.
Idem Pædius 13. tit. eo.* & appellatione fa-
miliæ venire filios notat *Rot. apud Farinac.
decis. 174. nu. 4. p. 2. in recentiss.* Qui igitur
3 sub eodem tecto cũ patre familias viuunt
dicuntur esse de familia, *Boer. decis. 213.
nu. 13.*

Cæterum vnicus seruus familiæ appella-
4 tione non continetur. Ne duo quidem fa-
miliam faciunt, *l. Detestatio. 40. §. 2 & 3.
5 tit. eo. de verbor. significat.* tres tamen fa-
cient familiam inquit ibi Cuiac. ad exem-
plum collegij secundum videlicet vim la-
tini sermonis, secus ex iuris ratione, & vi
interdicti, ac Prætorum voluntate, *Gra-
tian. decis. March. 10. nu. 9. & seq.* Impe-
6 rator quoq; obseruauit familiæ nomen in
aliquibus casibus pro substantia intelligi:
quia & serui, & aliæ res in patrimonio
vniuscuiusq; esse putantur, *l. final. in fine.
de verbor. & rer. significat. lib. 6. Cod. tit. 38.*

7 Alio sensu familię nomen accipitur, qua-
tenus scilicet comprehendit nedum testa-
toris descendentes, sed etiam omnes, qui
eiusdem transuersales sunt, *Molina de pri-
mog. lib. 1. cap. 4. nu. 40. Peregr. de fideicom.
art. 22. nu. 26. Cyriac. controuers. 208. num.
109. controuers. 169. nu. 63. Valenz. cons. 40.
nu. 37. Menoch. cons. 1177. nu. 9. 424. nu. 12.*
inde fit vt disceptetur circa intelligentiam
verborum à testatore prolatorum, dum
vocauit familiam, an intellexerit de fami-
lia contentiuè, vel potius effectiuè: hoc est
de descendentibus, qui dicuntur de fami-
lia effectiuè, aut etiam de transuersalibus,
qui dicuntur de familia contentiuè, quia
descendunt ab eodem stipite, à quo pro-
manat testator, *Io. Anton. Bellon. cons. 11.
nu. 52. & seq. Rota apud Farinac. decis. 707.
p. 2. in recentior.* Articulus est controuer-
sus: nam *Gratian disceptat. forens. cap. 645.
num. 3.* affirmauit voluisse omnes compre-
hendere tàm transuersales, quàm descen-
dentes, *Seraphin. decis. 1438. nu. 4.* contra-
rium verò tenuit *Horat Giouagnon. resp.
39. nu. 23. lib. 1. Ruin. cons. 153. num. 10. vol.
2. Menoch. cons. 732. n. 40.* præsertim quan-
do ex verbis præcedentibus apparet de tali
mente *Socin. Iun. cons. 97. num. 62. vol. 2.*
puta quia verbo possessiuo vsus est, *eius, vel
suam, Gratian. disceptat. forens. cap. 645. nu.
5. Rot. d. decis. 707. num. 3. Gabr. cons. 132.
num. 60. vol. 1. Menoch. cons. 233. num. 21.*
nisi constaret ad alium finem vsum fuisse
verbis præseferentibus specificam agna-
tionem, quemadmodum in sua specie cõ-
siderat *Menoch. cons. 106. nu. 229.*

Incidit alia quæstio num fœmina ve- 8
niat appellatione proximioris, familiæ, &
agnationis, *Rota apud Farinac. decis. 282.
p. 2. in recentior.* probat in simplici disposi-
tione testatoris vocantis proximiorem sibi
de domo, & familia sua comprehendi fœ-
minam, eo quia verba non repugnent, nam
familię verbum aptum est comprehendere
vniuersam cognationem, *Cyriac. contro.
365. nu. 39.* Non repugnant, dixi, verba,
quoniam fœmina est de domo, est de fa-
milia, est agnata. Et quousq; viuit con- 9
seruat nomen familiæ, & agnationis *Rot.
apud Farinac. decis. 518. nu. 2. p. 2. in recen-
tiss.* Quòd fœmina admittatur ad relictum
familiæ obseruat *Menoch. lib. 4. præs. 88. nu.
3. Marta cons. 84. nu. 7. Bec. cons. 232. nu. 8.
Molina de primog. lib. 3. cap. 4. num. 10. &
11. Ludouis. decis. 464. nu. 2.* est enim no- 10
men familiæ commune ad masculos, &
fœminas *Francis. Anton. Costa cons. 5. nu.
26.* quo nomine continentur etiam fœmi-
næ ex masculo descendentes, etiam si nup- 11
tæ fuerint, *Paris. cons. 51. nu. 13. vol. 2. Mar-
ta cons. 71. num. 26.* contentiuè scilicet,
Horat. Giouagnon. lib. 2. resp. 13. num. 38.

& hoc

12 & hoc habet quoq; locum in priuilegijs
concessis familiæ *Gratian. disceptat. forens.*
cap. 530. *nu.* 17. & in casibus in quibus at-
tenditur proximitas maior, *Valenz. cons.*
97. *nu.* 94. Quandoq; tamen ex aliquibus
expressionibus colligitur testatorem vo-
13 luisse excludere fœminas *Gabr. cons.* 132.
nu. 32. *vol.* 1. puta si testator disposuisset pro
conseruatione familæ, nam in tali disposi-
tione non contineretur fœmina, *Gratian.*
disceptat. forens. cap. 866. *num.* 6. *Ludouis.*
decis. 293. *num.* 15. quoniam per ipsas non
14 conseruantur, sed destruuntur familiæ,
Horat. Giouagnon. cons. 1. *num.* 66. *lib.* 1.
Menoch. cons. 348. *nu.* 31. tunc autem dici-
15 tur relictum pro conseruatione familiæ,
quando testator remotiores masculos præ-
tulit fœminis in suo testamento; *Borell.*
16 *cons.* 94. *num.* 12 Item si testator voluisset
fideicommissum durare perpetuo *Intrigl.*
17 *decis.* 3. *nu.* 19. Non etiam comprehende-
retur quando materia esset differens, solis
scilicet masculis accommodata, *Rota apud*
Farinac. decis. 663. *nu.* 19. *p.* 1. *in recentior.*
18 Familia vna ex multiplici colonello esse
potest *Gall. cons.* 16. *nu.* 59. *Io. Anton. Bel-*
lon. cons. 45. *num.* 55. ita vt ad inuicem sint
omnino extraneæ, Idem *Bellon. cons.* 73.
nu. 28. Vnde *Menoch. cons.* 321. *nu.* 14. *&*
19 15. dicit asserentem se esse nobilem, quia
sit de tali familia, non probare concluden-
ter propriam intentionem, sed debere pro-
bare se descendere à tali familia nobili,
quoniam in Ciuitate reperiantur familiæ
eodem nomine insignitæ, & tamen aliæ
sint nobiles, aliæ ignobiles, quæ nullo vin-
culo inter se iunguntur, vt de familia Fon-
tana Placentiæ, Vicecomitum Mediolani,
& Beccaria Papiensi exemplificat *Menoc.*
cons. 1171. *nu.* 19. Id causam dedit dispi-
ciendi, de qua familia intellexerit testator,
20 quando in genere aliquam nominauerit,
tenendum ipsum voluisse vocare suam
propriam, & specificam secundum *Surd.*
cons. 247. *nu.* 12. *Rol. cons.* 70. *num.* 75. *lib.* 3.
Menoch. cons. 1177. *nu.* 7. In dubio enim
1 verba debent intelligi in specie & non in
genere *Menoc. cons.* 233. *n.* 16. 633. *n.* 8. 732.
n. 44.

Addimus ordinatam charitatem inci- 21
pere à se ipso, & suis, *Roland. cons.* 70. *num.*
75. *vol.* 3. *Menoch. cons.* 732. *nu.* 41. *Paris.*
cons. 1. *nu.* 60. *vol.* 3. *Alex. cons.* 213. *nu.* 1.
& seq. lib. 6. *cons.* 91. *nu.* 5. *lib.* 7. *Fusar. de*
substitut. q. 351. *nu.* 41. per prius enim com-
prehendit eos qui sunt de agnatione, *Surd.*
cons. 316. *nu.* 10. In simili *Mench. cons.* 30.
nu. 13. dicit testatorem verba facientem de
familia de Thoueria, intellexisse de pro-
pria, quæ appellabatur de Perie, & non de
familia Thouaria de Sermignac, & eiusdē
sententiæ fuit in *cons.* 1082. *nu.* 22. Eadem
ratione si mandato testatoris eligendus sit 22
quis de Turre, debet eligi, qui sit de agna-
tione testatoris si ipse est de Turre, & di-
uersæ sint agnationes de Turre, *Simon. de*
Pratis de interpr. vltim. volontat. lib. 3. *sol.*
11. *nu.* 28. *fo.* 290. Suffragatur alia ratio,
quòd præualet famosior significatio, & nō
est dubitandum famosiorem significatio-
nem ad agnatos ipsius testatoris pertine-
re *Raud. de analog. cap.* 19. *nu.* 5.

Vbi verò non adsint tales, comprehen- 23
dentur etiam ij, qui non sunt de agnatione
testatoris, *Ruin. cons.* 149. *nu.* 8. *vol.* 2. *Me-*
noch. cons. 106. *n.* 229. *Seraphin. decis.* 1438.
nu. 5. *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 9.
Cyriac. controuers. 365. *num.* 39. *Fusar. de*
substitut. q. 351. *nu.* 31. etiam ex proprietate
sermonis, *Rota Romana post decisionem*
Anton. Monachi Florentinam 72. *num.* 34.
Legitur apud *Farinac. decis.* 697. *nu.* 6. *p.* 1.
in recentior. nam sufficiet esse eiusdem no- 24
minis, & portare eadem arma, & insignia,
Gratian. disceptat. forens. cap. 645. *num.* 5.
Gabr. cons. 132. *nu.* 59. *vol.* 1. non impro-
bat *Menoch. cons.* 424. *num.* 12. *Fusar. de*
substitut. q. 351. *num.* 38. dari enim speciem
huius familiæ est certum, quam artificio-
sam appellat *Raud. de analog. cap.* 30. *nu.* 1.
eamq; duplicē dicit; per viā agregationis,
& alteram per viam assumptionis armorū,
& nominis alterius de arrogatione in fa-
miliam loquitur *Bec. cons.* 231. *nu.* 38.

SVM-

SVMMAE.

FORVM.

CAP. VIII.

ARIÆ, & multiplices sunt causę per quas sortitur quis forum, præcipuæ tamen indicantur in *cap. final. de foro competenti*, inter quas recensetur ea, quæ procedit à contractu *Cyriac. contr.* 448. *nu.* 58. *Gait. de credito. cap.* 2. *tit.* 2. *nu.* 38. & quasi contractu, *Surd. conf.* 204. *num.* 13. vt ecce si 1
quis merces vendidit certo loci, vel dispo-
suit,

fuit, vel comparauit: videtur, nisi alio loci,
vt defenderet, conuenit, ibidem se defen-
dere, *l. Hæres absens.* 19. *§. proinde.* 2. *de iu-*
2 *dicijs. lib.* 5. *P. tit.* 1. idq; & si ageretur ad
rescisionem contractus, *l. In contractibus.*
14. *§. in omni.* 4. *de non numer. pecun. lib.* 4.
Cod. tit. 30. vel vbi etiam ageretur ad repe-
3 titionem indebiti, quia fieri potest quoli-
bet loco, *l. Qui loco.* 27. *de condic. indebiti,*
lib. 12. *P. tit.* 6. *Roland. cons.* 26. *nu.* 31. *lib.* 2.
Anch. Regiens. q. 14. *lib.* 1. *Chartar. decis.*
53. *nu.* 5. *Surd. cons.* 106. *nu.* 15. Id tamen
4 si tempore citationis citandus in loco ce-
lebrati contractus reperiatur: cum distra-
5 ctus iudicentur secundum naturam, &
qualitatem contractus: vnde quemadmo-
dum attendimus locum celebrati contra-
ctus, quatenus debitor ibi reperitur; Ita
etiam pro resolutione, & rescisione con-
tractus *Gratian. disceptat. forens. cap.* 14.
num. 21. Quòd actio pro obseruatione
contractus exerceatur in loco contractus,
si ibi reperiatur contrahens, persuadet san-
ctio: Sum. Pont. dum dicit contrahentes
aliarum Diœcesum super cōtractibus ini-
tis in Remensi Diœcesi ab eisdem nisi in-
ueniantur ibidem trahere coram se non
debere inuitos. *cap. Romana.* 1. *§. contra-*
hentes, de foro competen. in 6. *Roland. cons.*
26. *num.* 31. *&* 35. *vol.* 2. *Gutier. de iuram.*
6 *confirmat. p.* 3. *cap.* 16. *nu.* 1. Cæterum ad-
uertas supradictam obseruationem non
militare, vbi specialiter renunciatum fuis-
set priuilegio fori, quemadmodum tenet
gl. l. 1. *verbo, tu potes attentare. ff. si quis in*
ius vocat. non ier., Bartol. ibi. num. 3. *Alex.*
num. 6. *&* 7. *Ias. num.* 9. *Roman. sing.* 283.
refert dictum glossæ tamquam singulare,
illudq; esse communiter receptum attesta-
tur *Alex. cons.* 89. *nu.* 4. *lib.* 7. Iudex enim
contractus eo modo procedet contra ab-
sentem, vti solet procedere Iudex domici-
lij aduersus à domicilio absentem, *Barbos.*
ad l. Hæres absens. 19. *§.* 1. *num.* 50. *ff. de iu-*
dicijs.

7 Dicitur autem locus contractus, nedum
locus vbi materialiter fuit initus, sed etiam
intellectualiter, puta locus in quo consi-
gnandæ erant merces: quia consensus ex
quo oritur obligatio est quid intellectuale,
& loco non circunscribitur, sed extenditur
de loco ad locum: & ideo cum effectum
contractus inducat in loco destinatæ solu-
tionis, ibi verè & propriè, non fictè, ad effe-
ctum conueniendi, & soluendi, contractus
dicitur celebratus, *decis. Genu.* 105. *num.* 3.
161. *nu.* 7. *Menoch. cons.* 230. *nu.* 40. *Rugi-*
nell. prac. qq. cap. 45. *nu.* 13. Ea tamen adhi- 8
bita declaratione, vt si non fuerit subditus
in loco destinatæ solutionis, conueniatur
quatenus ibi inueniatur, *Gait. de credito.*
cap. 2. *tit.* 7. *nu.* 2570. *& seq.*

In locis, in quibus res, propter quas con- 9
tenditur, constitutæ, in rem actio aduersus
possidentem mouetur, *l. final. Vbi in rem*
actio. lib. 3. *Cod. tit.* 19. *cap. sanè.* 3. *de foro*
competenti. Menoch. cons. 1072. *nu.* 4. Non 10
tamen mouebitur actio personalis, *Surd.*
cons. 168. *nu.* 53. *Cyriac. contr.* 153. *num.* 40.
Quia igitur restitutio in integrum est per- 11
sonalis, non poterit agitari in loco rei sitæ
Cyriac. contr. 380. *nu.* 50. *& seq.* Ad rem
quoq; mobilem in loco situs poterit agi, 12
licet ibi non sit mansura, maximè si adsit
pactum, quòd possit vbicunq; conueniri,
Cyriac. contr. 318. *num.* 48. *& seq.* poterit
quoq; agi ad nomen debitoris: quia licet 13
credita non circonscribantur loco, dicun-
tur tamen extare incorporaliter in regione
Cyriac. contr. 540. *num.* 70. Cæterum res 14
sita nō satis erit ad sustinendum iudicium,
nisi reus ibi inueniatur, neq; poterit con-
tendi debere eo remitti, *Surd. cons.* 168.
nu. 54. Non autem ex eo, quòd quis sorti- 15
tur forum efficitur subditus, & ob id non
poterit Iudex dare curatorem bonis ab-
sentis, quia datio curatoris requirit subie-
ctionem, *Surd. d. cons.* 168. *num.* 54. *& seq.*

Valdè agitatus est ille articulus, num 16
Magistratus possit inquirere in delictum
alibi commissum per eum qui sit ei origi-
ne, vel domicilio subditus: quasi delin-
quentium coercitio præsupponat delictum
fuisse commissum eo loco in quo de crimi-
ne agitur, neq; referat delinquentem esse
illius loci: nam in mandatis Principum
est,

est, vt curet is, qui Prouinciæ præest, malis hominibus prouinciam purgare: nec distinguitur, vnde sint, *l. Præses. 3. de officio Præsidis, lib. 8. P. tit. 18.* vel cuius fori sint, *l. 1. vbi Senat. vel clariss. lib. 3. Cod. tit. 24.*

Ab vtraque parte stant perplures quos cumulatè recenset *Guaz. defens. 1. cap. 14.* Resolutio pendet à sanctione Imp. Seueri, & Antonini, in *l. 1. Vbi de criminibus agi oporteat. lib. 3. Cod. tit. 15.* sanxerunt quæstiones eorum criminum, quæ legibus, aut extra ordinem coercentur, vbi commissa, vel inchoata sunt, vel vbi reperiuntur qui rei esse perhibentur criminis perfici debere: si etenim cognoscendum est de delictis in loco, vbi reperitur qui delictũ commisit, certum est Iudicem loci, domicilij,
17 vel originis posse cognoscere. Difficultas eo reducitur, an possit etiam per inquisitionem cognoscere, vel requiratur partis accusatio. Multi contendunt requiri accusationem, sed contrarium latè defendit *Bec. cons. 93. nu. 9. & seq.* Quia Imp. indistinctè loquantur, & æquè intersit Iudicis loci originis purgare suam Prouinciam malis hominibus, vt interest Iudicis loci delicti: vnde si potest Iudex loci originis procedere ad accusationem partis, poterit etiam procedere per inquisitionem, quia
18 hæc duo æquiparentur, & quoniam valdè intersit non remanere delicta impunita: accedit *Magon. decis. Lucens. 36. num. 11.* & hanc opinionem vti tutiorem, ac magis conducibilem ad conseruationem pacifici Status Reipub. amplectitur *Magon. decis. 70. num. 3. Fachin. controuers. iur. lib. 9. cap. 20.* & secundum illam iudicasse Sacr. Cons. refert *Vincent. de Franchis. decis. 66. nu. 1.* latè prosequitur *Caball. resolut. criminal. cas. 162. nu. 4. & seq.* Hanc opinionem minimè de consuetudine seruari obseruat *Ludouic. decis. Lucens. 16. nu. 23.* & Senatum Taurini contrariæ adhæsisse testatur *Thesaur. decis. 90. num. 7.* Alia
19 quoq; incidit dubitatio, num ad petitionẽ Iudicis commissi delicti debeat fieri remissio rei, & in hoc quoq; variarunt nostri interpretes. In Sacr. Cons. recepta fuit sententia negans, quando Iudex loci originis, vel domicilij præuenit, refert *Franc. decis. 66.* & repetit *decis. 88. nu. 5. 505. num. 9.* quia licet forum delicti sit potentius, non tamen tollit illud originis. Contrarium tenet *Thesaur. decis. 90. nu. 7.* Equidem 20
fieret remissio, quando Iudices essent sub eodem Præside Prouinciæ, *Caball. d. resolut. 162. nu. 11.*

Est ẽt valdè cõtrouersũ, nũ deprehensus 21
cũ re furtiua in alio territorio furto subtracta, valeat ibi puniri, l. nõ concurrat ratio domicilij, vel originis, multis placuit opinio negatiua, quia ex assidua contrectatione nõ nascatur actio furti, id concedit Bartolus, quando non interuenit mutatio territorij, in *l. igitur, si dominium. 48. nu. 2. ff. de furtis.* tenet nasci actionem furti. *Clar. in §. final. q. 38. nu. 16.* diligenter recenset pro vna, & altera parte stantes, & affirmãtes vnam, vel aliam opinionem esse communem, quod etiam ex recentior fecit *Farinac. q. 7. nu. 7. Guaz. defens. 1. cap. 15. Caball. resolut. crim. cas. 163. per totum.* Resolutio est certa, quòd erit adhærendum illi sententiæ, quam praxis approbauerit. In Regno opinio Bartoli sequenda, quia praxis illam recepit, nam secundum eam bis in Sacr. Cons. fuisse iudicatum restatur *Capyc. decis. 104.* quo iure vsum fuisse Sacr. Cons. etiam temporibus Vincentij de Franchis testatur idemmet *decis. 681.* & secundum eam fuisse iudicatum in Regio Concilio criminali Cathaloniæ scribit *Peguer. decis. 28. in fine.* Temporibus Clari, vt ipse testatur loco allegato, in hoc dominio non fuit approbata opinio Bartoli, sed contraria pro vera habita, vt etiam pro tali longè post eam habuit Farinacius loco superius citato, sed *Caball. resolut. criminal. cas. 163. in fine.* sequendo aliarum curiarum exemplum, dicit, sæpius se transiuisse in sententiam Bartoli. Est regula in hoc argumento indubitata, quòd actor sequitur forum rei, à qua varijs ex causis receditur, inter alias illa recensetur, si lis agitetur inter reum, & actorem personam miserabilem, cui per Imperatorem indulgetur facultas

facultas trahendi suum aduersarium ad Consistorium Principis, Inter has personas reponitur vidua; & de hoc non dubi-
22 tatur, illud in controuersiam venit, an vltra qualitatem viduitatis requiratur etiam paupertas eiusdem: Articulus est valdè cōtrouersus, vt videre est apud *Bart. decis.73. nu. 55. & seq.* vbi recenset hinc inde stan-
23 tes, & *nu.* 60. dicit dominos nequaquam decidisse articulum. Ego crederem viduam, eo ipso quòd est vidua dici miserabilem: etenim cum Imp. mentionem fecisset de pupillis, & viduis, subdit illa verba, *aliisq; fortunæ iniuria miserabiles*, quæ verba necessatio inferunt tales personas esse fortunę iniuria miserabiles: quia alter amisit patrem, vidua verò amisit virū, neq; cessat priuilegium, quamuis vidua non perhorrescat aduersarij potentiam: nam verba illa, *præsertim cum potentiam alicuius perhorrescant* implicant idem esse in casu contrario, ita ratiocinatur *Natta cons.590. Io. Mar. Nouar. de elect. & variat. fori sect.*
24 4. *q.* 30. *nu.* 5. vsu enim compertum est viduas nobiles auxilio Principis, ac Magistratuum magis indigere, quàm pauperes, *Sola ad decret. Sabaud. tit. de caus. misera-bil. personar. gl.2. num.*18. quoniam diuites maiores patiuntur insidias, *Menoch. de arbitrar. cas.66. nu.*11. sic Senatus Excell. anno 1619. mense Aprilis ref. D. Sen. Meltio Auocauit causam Blancæ Margaritæ Ferrariæ agentis ad consecutionem suæ dotis librarum triginta mille. Non enim consideramus diuitias, sed statum viduilem, *Gail. lib.*1. *obser.*1. *nu.*40. Solam viduitatem considerauit *Menoch. d. casu 66. nu.*5. qui *cons.*479. *nu.*5. Dicit in Senatu Mediolani hanc sententiam esse vsu receptam, idē de Sacr. Cons. testatur *Franc. decis.*100. *n.*19. & 20. in Audientia Barensi receptam legimus apud *Viui. decis.*521. *nu.* 8. qui eam approbauerat *decis.* 459. *nu.*11. secundum illam iudicauit Senatus Taurini, vt apud *Thesaur. decis.*177. *nu.*3. ita iudicatum per Senatum Cathaloniæ legitur apud *Cancer. var. resolut. p.*2. *cap.*2. *num.*5. In eamdem sententiam iuerunt *Roland.*

*cons.*77. *nu.*45. *vol.*1. (quicquid in contrarium postea dixerit *cons.* 20. *vol.* 2.) *Capiblanc. de officio Baron. pragm.*8. *p.*1. *nu.*310. *Marta de iurisdic. p.* 2. *cap.*21. *nu.* 6. *Bernard. Graua concl.*1. *considerat.* 1. *nu.*4. & 7. *Giurb. decis.*82. *nu.*8. *cons.*48. *nu.*8. *Gratian. disceptat. forens. cap.*182. *nu.*3. *Scayn. decis.*65. *nu.*2.

Non obstat argumentum quo vtitur *Peregrin. decis.*129. ad persuadendum contrariam sententiam fore sequendam, nam *Barbosa ad l.*1. *p.*1. *nu.*50. *ff. soluto matrim.* considerat duplex priuilegiū viduę: vnum 26
est ex *d. l. vnic. Cod. quando Imper. inter pupil. et viduas*, quod potest eligere iudicium Principis, & ab ordinario ad illum causam trahere aliud est, vt à Iudice sæculari ad Ecclesiasticum trahat, & in hoc secundo casu vltra statum viduilem requiritur paupertas, ex qua præsumitur oppressio; & ita etiam sentit *Milanens. decis* 5. *nu.*2. *lib.* 2. *Capra concl.*30. *nu.*21.

Quid si reus consimili priuilegio fori po- 27
tiatur, receptius videtur debere cessare priuilegium, illa scilicet ratione, quæ perpenditur à *Couaru. prac. qq. cap.*7. *nu.*4. & quæ laudatur à *Menoch. de arbitrar. cas.*66. *nu.* 39. *Gratian. disceptat. forens. cap.*182. *num.* 20. & 21. *Cancer. var. resolut. p.*2. *c.*2. *n.*22. Quòd concurrant duo priuilegia quorum alterum est magis conforme dispositioni iuris communis, & proinde præualere debeat, nisi etiam dicere velimus in altero eorum reperiri duplex priuilegium: alterū quòd sit de personis, quę trahunt, & non trahuntur, alterum quòd sit reus, *Cumia s. ritu* 38. *num.*459. aut etiam dicamus illa ad inuicem conquassari, *Franc. decis.*188. & 553. *Viui. decis.*49. *nu.*1. *Giurb. decis.*82.
*nu.*8. Dicimus insuper, quòd cæteris pa- 28
ribus priuilegium rei est potentius, *Trentacinq. var. resolut. lib.* 1. *tit. de rescript. resolut.*1. *num.* 12. *Menoch. cons.*813. *nu.*16. *Valenz. cons.*18. *nu.* 90. & si vterque est in damno prçualet reus, *Ludouis. decis.*473. *n.*14. & assignat rationem *Marsilius*, quam amplectitur *Adrian. Negusant. q.*5. *n.*22.
quòd esset cooperire vnum altare, & aliud 29

detegere; repetit *q. 183. num. 19. & seq. q. 230. nu. 35.* Hanc exceptionem minimè practicari in Cathalonia obseruat *Fontanel. de pact. nuptial. cl. 4 gl. 11. n. 86. Cancer. var. resolut. p. 2. cap. 2. nu. 25.* qui reddit optimam rationem illius obseruantiæ, quòd per illam nemo censeatur grauatus, est enim certum ibi melius quemuis ius suũ, quàm apud Iudices inferiores consequuturum, adeo vt præsumptio sit contra eum,
30 qui à supremo Tribunali ad inferiores Iudices declinat, quando potissimum cessat incommodum.

31 Multoties contingit, quòd gaudens priuilegio fori illi renuntiat, ideo videndum quando talis renuntiatio sortiatur effectũ. Præcipua consideratio quæ in hoc articulo facienda est, respicit naturam ipsius priuilegij: etenim si respiciat nedum commodum ipsius priuilegiati, sed alterius, puta Iudicis, vel superioris, quia exempti sint à iurisdictione Iudicis ordinarij subditi alicuius Domini, subditorum renuntiatio nõ oberit Domino, *Gail. lib. 1. obser. 40.* Contingit tamen aliquando renuntiationem sortiri suum effectum, licet priuilegium sit concessum nedum fauore ipsius priuati, sed etiam fauore publico; idq; est receptũ vbi fauor publicus potest recipere separationem à priuato; exempli gratia, prærogatiua concessa Senatoribus processit ex eo, quòd non debeant extrahi à seruitio
32 Principis, & quòd Senatus est necessarius in Curia Principis, vt docet *Paul. de Castro in l. Interdum. 36. §. Senator ff. de iudicijs.* cui necessitati non esset satisfactum, vbi Senator deberet in Prouincia litigare. Alio verò respectu fuit concessum priuilegium, ne dum Senatores coguntur asistere seruitio Principis incommodum sentiant litigandi per Procuratorem. Cæterum
33 quia isti fauores recipiunt diuisionem, nam fieri potest vt Senator non deserat seruitium Principis, & etiam litigare possit in Prouincia, nimirum per Procuratores, sibi imputet si spontè tale incommodum subire voluit, iuxta doctrinam *Bartoli in l. si quis in conscribendo. 29. nu. 3. Cod. de pactis.* nam qui in aliquo loco negotia gerit, ibi posse conueniri intelligitur voluisse, & ita priuilegio renuntiasse, quemadmodum optimè obseruat *A. Fab. in suis rationalib. d. §. Senator.* obseruaui hæc ad *tit. Constit. de Senator. prælud. cap. 5. nu. 35. & seq.*

Quando verò priuilegium continet purum commodum priuilegiati, tunc renuntiatio suum sortitur effectum, vt in scholari habenti plures Iudices, notat *Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 28. nu. 8. Chartar. decis. 6. nu. 6.* & in milite tradit *Angugian. de legibus, lib. 2. controuers. 21. nu. 34.* 34
Est tamen aduertendum, quòd non semper valet renuntiatio, licet in concessione non versetur commodum alterius, quàm priuati; puta quando fori priuilegium fuit concessum miserationis gratia, ei nequaquam renuntiari potest, *Iason. ad l. si quis in conscribendo. 29. nu. 12. vers. limita tamen Cod. de pactis. Natta cons. 590. nu. 15. Gallerat. de renuntiat. cent. 2. renuntiat. 140. nu. 15.* & prius *cent. 1. renuntiat. 14.* est enim contra bonos mores, & tolleret misericordiam huiusmodi renuntiatio, *Rebuff. tractat. de sentent. prouisional. art. 3. gl. vltim. in fine. Franc. decis. 192. nu. 7. Giurba decis. 82. nu. 5.* vbi multos citat *Gratian. disceptat. forens. cap. 182. num. 22. Fontanel. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 11. nu. 76.* idem sentit *Barbosa in l. 1. art. 4. nu. 69.* Quando tractatur de mera renuntiatione: quòd si agatur de prorogatione per quam inducitur tacita renuntiatio, tunc secus sit: quia isto casu priuilegiatus non trahatur inuitus, vt subdit *nu. 70.* quod tamen non est omnino verum; nam vt dicebat *Natta d. cons. 500. nu. 15.* post litem contestatam, & in progressu causæ possunt aduersarij ad Tribunal Principis à personis miserabilibus trahi; quia nedum electionem, sed etiam variationem fori habent. Cæterum vbi erit facienda derogatio, debebit esse specifica, *Franc. decis. 187.* neq; sufficiet generica idẽ *decis. 192. Fontanell. vbi s. nu. 77. Barbos. d. art. 4. nu. 72.* quoniam priuilegijs in corpore iuris clausis non derogetur per clausulam generalem, vt obseruat *Franc. decis. 722. nu. 13.*

Neuizan.

Neuizan. conſ. 1. *nu.* 9. Poteſt tamen eſſe quòd vltra clauſulas generales cônſtet de mente Principis derogantis, id quod ſatis erit, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 182. *nu.* 13. *& ſeq. Giurb. deciſ.* 82. *nu.* 6.

39 Priuilegium fori ſuperueniens pendente iudicio non eximit quem à iuriſdictione *l. ſi quis poſtea* 7. *de iudicijs lib.* 5. *P. tit.* 1. qua ratione obſeruauit *Gratian. diſceptat.*
40 *forenſ. cap.* 421. *nu.* 22. officialem Papæ non habere ius reuocandi forum in lite iam cœpta; & *Honded. conſ.* 81. *num.* 61. *vol.* 1.
41 dixit Doctorem creatum lite pendente nõ poſſe iuuari priuilegio doctoratus, vt neq; eum qui Romæ domicilium contraxit poſt litem cœptam in partibus *Adrian. Neguſant. q.* 251. *nu.* 14. *& ſeq.* ſic familiaris Sancti Officij non declinat iudicium ſæculare quando lite pendente cooptatus fuit, *Narbona in comm. ad* 3. *p. recopilat. lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 20. *gl.* 21. *nu.* 43. *in fine.*

42 Si tamen priuilegium reperiretur conceſſum motu proprio ſuum produceret effectum ſtatim, quemadmodum notant communiter DD. & id colligit *Franc. deciſ.* 544. *n.* 5. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 421. *nu.* 25. *& ſeq.* qui *nu.* 35. recenſet contrariũ ſentientes, & proſequitur vſq; ad *num.* 48. per aliquos etiam adhibetur illa declara-
43 tio, quòd priuilegium ſuperueniens ſuffragatur quando agitur de modico præiudicio collitigantis, *Giurb. deciſ.* 23. *num.* 10. citatis à Gratiano adiungi poteſt *Adrian. Neguſant. q.* 280. *nu.* 48. *& ſeq.* Vt autem cognoſcamus num fuerit conceſſum ad poſtulationem partis reſpiciendum ad initium: & ideo Doctor factus ordinarius per mortem ſeniorum non fruetur priuilegio reſpectũ iudicij pendentis: nam habito reſpectu ad initium poteſt dici priuilegium ab eodem procuratum; vt probat *Franch. d. deciſ.* 544. *num.* 6. *& ſeq.* Aliter tamen fuit deciſum in Senatu Regni Luſitaniæ, vt apud *Cabed. deciſ.* 24. *nu.* 4. *p.* 1. quia non ſufficit fuiſſe procuratum Magiſtratũ, niſi ſimul doceatur ad eum finem fuiſſe procuratum, ne reſponderet coram Iudice litis pendentis: exemplum priuilegij procurati ad hunc finẽ habemus apud *Giurb. deciſ.* 23. nam reus vocatus ad iudicium poſt pendentiam litis contulit ſe ad locum in quo habitantes ex priuilegio Regis non moleſtantur in bonis, nec in perſona per decennium. Non leuis eſt conſideratio-nis, quòd priuilegium fuerit conceſſum ob publicam vtilitatem, *Felin. ad cap. cauſam quæ* 19. *nu.* 5. *de teſtibus:* Vnde *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 421. *nu.* 66. dixit Officialem creatum à Papa potiri priuilegio, vti conceſſo ob publicam vtilitatem, & in perſona Senatoris fuiſſe idem deciſum in Senatu Regni Luſitaniæ, notat *Cabed. d. p.* 1. *deciſ.* 25. ſubdens dignitatem Senatoriam cenſeri collatam motu proprio, ex quo Senatores iurant illud munus non procuraſſe.

SVMMAE.

Mulier habet patrimonium triplicis generis num. 1.
Contra nu. 2.
Parapherna dicuntur omnia bona vltra dotem nu. 3.
Fructus extra dotalium in dubio præſumuntur percepti volente vxore nu. 4.
Fructus extantes reſtituendi nu. 5.
Conſumpti reſtituuntur quatenus ex eis factus eſt locupletior maritus nu. 6.
Fructus an præſumantur extare nu. 7.
Ex perceptione an inferatur illos adhuc extare nu. 8.
Quid debeat probare qui allegat non extare nu. 9.
Maritus quando dicatur factus locupletior per perceptionem fructuum nu. 10.
Fructus dicuntur extare quatenus ex eis dicitur aliquid emptum, vel permutatum nu. 11.
Conſumpti contra volontatem mulieris ſunt reſtituendi nu. 12.
Mulieres non donant nu. 13.
Fructus donaſſe ex quibus colligatur nu. 14.
Fructus induſtriales non reſtituit maritus nu. 15.
Neq; naturales modici valoris nu. 16.

FRVCTVS.

CAP. IX.

IN materia fructuum celebris est ille articulus, an & quando maritus teneatur fructus ex paraphernis siue bonis extra dotem mulieris perceptos restituere vxori eueniente casu restituẽdi dotem, siue vxore ipsa eorumdem rationem exigente, *l. Maritus. 95. ad l. Falcid. lib. 35. P. tit. 2.* 1

In primis dispiciendum num vera sit illa doctrina, quòd mulier habeat patrimoniũ triplicis generis: res dotales, parapherna, & extra dotales, quemadmodum obseruat *Alex. cons 42. nu. 2. & 15. lib. 1. Guid. Pap. q. 468. nu. 15. Menoch. cons. 56. nu. 2.* Vt ingenuè fatear hæc distinctio non est approbata, quoniam secundũ Imp. in *l. Hac lege. de pact. conuent. lib. 5. Cod. tit. 14.* eadẽ bona quę mulier non dedit in dotẽ latinè dicuntur extra dotalia, & hoc argumento vtitur *Fontanella* ad refellendam huiusmodi distinctionem *de pact. nuptial. cl. 6. gl. 2. p. 7. nu. 6. & seq. Iason.* quoq; in *cons. 197. nu. 4. vol. 1.* parapherna intelligit omnia bona, quæ vltra dotem peruenerunt ab vxore in maritum, & quorum administratio fuit cõcessa per vxorem marito expresè, vel tacitè. *Bald.* quoq; *in l. si viua matre. 3. nu. 5. Cod. de bonis maternis,* nullam facit distinctionẽ inter bona non dotalia, & paraphernalia. Verum quidem est, quòd non semper mulier res extra dotales consignat marito, sed quando consignat aliquali nota discriminantur à rebus non consignatis; quod discrimen quo ad nostrum casum non deseruit; quia si non fuerunt consignata non est quærendum de fructuum restitutione, ex quo nu l a facta est perceptio. Quòd si quis velit mordicus contendere aliquid specialitatis contineri verbo parapherna, sciat neq; ad præsentem casum pertinere huiusmodi specialitatem, quia tendat ad significandum eius generis res de quarum fructu

fructu non est quærendum, quia non sint
aptę aliquem reddere; nam secundum I.C.
in *l. si ego. 9. §. Cæterum. 3. de iure dotium.*
lib. 23. P. tit. 3. significantur illæ res, quæ
sunt in vsu vxoris, & illas quidem infert
in domum mariti, non tamen in dotem
dat, sed in libellum confert, & offert ma-
rito, vt subscribat, quasi res acceperit:
& velut chirographum eius vxor retinet,
res, quæ libello continentur in domum
eius se intulisse. Eo igitur retento, quod
ad præsentem speciem, bona in dotem mi-
nimè data dicantur omnia extra dotalia,
videamus quando illorum fructus restitui
debeant. Si maritus illos percepit citra
consensum expressum, vel tacitum vxoris
nulli dubium, quòd omnino restituendi
veniunt, *l. de his. 17. de donation. inter vir.*
& vxor. lib. 5. Cod. tit. 16. nulla siquidem
capi potest coniectura, quod tacitè illos
4 voluerit vxor donare: porro sciendum in
dubio fore præsumendum perceptionem
fructuum processisse de volontate vxoris,
quemadmodum notat *Afflic. decis. 44. nu.*
8. Cyriac. contr. 31. nu. 3.

Præsupposita vxoris permissione circa
fructuum perceptionem à marito factam,
constituenda est regula, fructus extantes
5 omnino restituendos esse, *Honded. cons.*
91. nu. 56. vol. 1. ad consumptos verò eate-
6 nus teneri maritum, quatenus ex eis factus
est locupletior, *l. si stipulata. 33. §. si vxor. 1.*
de donation. inter vir. et vxor. lib. 24. P. tit. 1.
l. De his. 17. tit. eo. Cod. lib. 5. tit. 16. Io.
Campeg. de dote. p. 1. q. 7. in fine. reprobata
distinctione inter naturales, & industriales
Natta cons. 75. nu. 7. & 8. Ruin. cons. 222.
nu. 5. vol. 1. Menoch. lib. 3. præs. 9. nu. 6.

7 An autem consumpti, vel extantes præ-
sumantur arbitrabitur Iudex perpensis cir-
constantijs, puta qualitate fructuum, per-
sonarum, nec non tempore quo fuerunt
percepti, *Menoch. d. præs. 9. nu. 25.* Diffi-
8 cultas in eo consistit, an repetenti fructus
tamquam extantes, incumbat onus pro-
bandi existentiam, aut sufficiat ei probare
perceptionem, quasi semel existens in re-
rum natura præsumatur adhuc extare,
Fontanel. de pact. nuptial. cl. 6. gl. 2. p. 7. n. 22.
docet facilè elidi huiusmodi præsumptio-
nem, respondendo quòd illos auferat: sua-
det nihilominus hæredibus mariti, vt è la- 9
tere suo aliquid deducant, puta negent
existentiam, & allegent consumptionem,
ostendant inuentarium de omnibus in hę-
reditate repertis confectum, in quo nulli
fructus reperiuntur descripti, & tanto ma-
gis si lapsum sit triennium, & quòd mari-
tus non erat admodum diues, & impensæ
erant magnæ, quæ etiam aduertit *Surd.*
cons. 290. nu. 27. 29. 43. & seq.

Porro præsumemus maritum factum 10
fuisse locupletiorem, quando habet bona
sufficientia vsibus promiscuis, & fecit du-
rante matrimonio acquisitiones, *Corn.*
cons. 129. num. 5. vers. Nam dictus maritus
vol. 4. talis enim acquisitio efficit, vt fru-
ctus reputentur extantes, *Thesaur. decis.*
187. nu. 5. ante vers. Verum petita. quando
enim ex eis aliquid restat, puta permuta- 11
tum, vel emptum, non dicuntur consumpti
Bald. ad l. Vbi adhuc. num. 57. vers. Primo
casu Cod. de iure dotium. Giurb. decis. 89. nu.
28. Fontanel. de pact. nuptial. cl. 6. gl. 2. p. 7.
num. 28. His non apparentibus incumbet
onus probandi ei, qui dicit maritum factũ
locupletiorem, *Cyriac. contr. 31. num. 7.*
Surd. cons. 115. num. 20. quod quidem non
caret difficultate; nam contrarium obser-
uat *Honded. d. cons. 91. nu. 69.* Sunt quan-
doq; restituendi, licet consumpti, & licet 12
non fuerit factus locupletior maritus, quia
scilicet consumpti contra volontatem mu-
lieris, *l. de his. 17. de donation. inter vir. et*
vxor. lib. 5. Cod. tit. 16. Menoch. lib. 3. præs.
9. nu. 7. Ruin. cons. 222. nu. 4. vol. 1. Honded.
d. cons. 91. nu. 61. Quando de dissensu con-
stat res est indubitata, at si res reducatur
ad dubium, quia non declarauerit mulier
explicitè suam volontatem, tunc exoritur
difficultas: isto casu non desunt argumẽ-
ta, quæ suadeant mulierem haberi pro dis-
sentiente: quia non sit credendum illam
voluisse perdere rem suam, voluisse vè do- 13
nare aduersus innatam auersionem, quam
habet genus mulierum ad actum donandi

Alex.

Alex.conſ.63.nu.7.verſ. Aut volontas mulieris. lib.2. Borrell.conſ.65. & ſeq. Anton. Monach. deciſ. Lucenſ. 68.nu.6. Honded. d.conſ.91.nu.62.

Si tamen extarent aliqua argumenta
14 volontatis vxoris, illa ſufficeret: puta quia maritus diù percepiſſet fructus, illos in promiſcuos vſus conſumpſiſſet vidente, & tacente vxore, vt deducit *Fontanel. de pact. nuptial. cl.6.gl.2.p.7.nu.38.& ſeq. Cyriac.*
15 *contr.31.nu.3.* Non pariter reſtituuntur quando agitur de fructibus induſtrialibus, quia præſumuntur conſumpti in commune vſum *Menoch. conſ.739.nu.4.* vel ſi
16 ageretur de fructibus naturalibus, qui tamen eſſent modici valoris, Idem *Menoch. num.5. Cyriac. d.contr.31.nu.6. Honded.*
17 *conſ.91.nu.59.vol.1.* Dum enim non excedunt promiſcuum vſum mariti, & vxoris non reſtituuntur, *Bald. in l. ſi viua matre. 3. in fine. Cod. de bonis maternis.* Illud
18 tenendum in hac materia, quòd in dubio maritus eſt abſoluendus à reſtitutione fructuum *Cyriac. contr.31.nu.13.*

19 Satis controuerſus eſt ille articulus, num perempta inſtantia, & mox illa renouata ſi ſequatur ſententia condemnans ad reſtitutionem rei vna cum fructibus, illi veniant reſtituendi à die conteſtationis litis primæ, vel potius à die renouati iudicij: vigent hinc inde rationes, & authoritates, quas deduxit *Hector Felic. allegat.43.p.3. Fachin. controuerſ.iur. lib.1. cap.60. & lib. 12.cap.73.* quo loci retractauit ſententiam quam prius amplexus fuerat. In hoc diſſidio ego adhæreo ſententiæ, quam poſteriori loco amplexus eſt Fachineus; nam contraria ſententia fundatur potiſſimum in eo, quòd effectus promanans à litis conteſtatione, mala ſcilicet fides ſit conſumatus, & non deſinat propterea perempta in-
20 ſtantia. Iſtud fundamentum corruit ex eo, quòd per ſolam litis conteſtationem non inducitur mala fides, ſed tantum dubitatio quędam quæ habeat ſpeciem ignorantiæ, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.2.nu.*
21 *50.* vel ſi volumus appellare malam fidem, dicemus præſumptam, non autem veram quemadmodum obſeruat *Surd. deciſ.281. nu.8. Cancer. variar. reſolut. lib.3. cap.16. nu.76.* & prius *Aſin. in ſua praxi §.2. cap. 15.nu.34. & 35.* vbi tenet opinionem fauentem ei, qui percepit fructus, quam ſeruari in Senatu Pariſienſi teſtatur *Tiraquel. de retract. lignag. §.15.gl.2.nu 19.*

Illud non reticebo, quòd ſi quis voluerit tenere ſententiam contrariam, quam amplexus eſt *Capyc. deciſ. 11. Felic. d. allegat. 43.* quia effectus litis conteſtationis ſalui maneant perempta inſtantia, *A. Fab. Cod. lib.3. tit.8. def.2.* attamen id non erit accipiendum, quando negligentia ipſius actoris perijſſet inſtantia ſecundum *Capyc. d. deciſ.11.nu.8.* Qui autem ad reſtitutio- 22
nem damnatur poterit deducere expenſas: nam fructus intelliguntur deductis expenſis, *l. ſi à Domino.26.§.fructus.final. de petit.hæred. lib.5. P.tit.3., l.fructus.7. & l.Diuortio. ſeq. ſolut. matrim.lib.24. P. tit. 3. & l. In fundo.38. de rei vindicat.lib.6.P. tit.1.* notat *Couaru. var. reſolut.lib.1.cap.3. nu.3. Menoch. recuper. remed.15.nu.574. conſ.1144.num.12. & ſeq. Seraphin. deciſ. 643.nu.1. Afflic. deciſ.252.nu.7. Surd. de alim. tit.8. priuil.82. nu.7. Baeza de decim. tutor.cap.29.nu.3. Rota apud Farinac. deciſ. 656.nu.2.p.1. in recentiſ.175.nu.5.p.2. in recentior. Griuel. deciſ.95. nu.4.* Vnde ſi Papa concedat vtilitatem fructuum intelligitur, illos conceſiſſe deducta impenſa, *Menoch. conſ.436.nu.27.* æquum enim eſt, 23
vt is ſentiat onus impenſarum, qui ſentit commodũ fructuum, *Idem Menoch. conſ. 641.nu.23.* etiam quod diſpoſitio loquatur 24
de integris fructibus, *Purpur. conſ.569. num.12. & 13.* quod tamen non placuit *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.264. nu.10. & Baeza de decim. tutor. cap.29. num.5.* vel de omnibus, *Seraphin. deciſ.514.nu.1.* & ſic legatum de quarta parte fructuum 25
percipiendorum ex omnibus bonis teſtatoris intelligendum deductis expenſis, & alijs oneribus, *Alba conſ.743. n.3.9. & ſeq.* Non omnes autem expenſas indiſtinctè 26
deducet, ſed illas tantum, quæ neceſſariò factæ fuerunt gratia ipſorum fructuum,

Natta

Natta conf. 536. *nu.*8. *& feq. Roman. fing.* 336. *vbi additio.*

27 Titulo redacto ad non titulum, res venit restituenda cum fructibus, *Plot. conf.* 38. *nu.*14. *Surd. conf.*14. *nu.*16.372. *nu.*21. *decif.*25. *nu.*22. *& de alim. tit.*1. *q.*124. *n.*8.

28 *Maftril. decif.* 29. *nu.*5. *Rot. Bonon. decif.* 61. *num.* 33. Veluti quando quis emit res minoris non feruatis aliquibus folemnitatibus à iure defideratis, *Surd. conf.*115. *per*

29 *totum. Gam. decif.* 311.

Reducta igitur ad irritum fententia, cuius vigore quis poffidebat, res ipfa cum fructibus reftituitur, *Roman. conf.* 454. *nu.* 26. *Capyc. decif.*202. *nu.*12. *Ofafc. decif.*160.

30 *nu.*12. *Surd. decif.*45. *nu.*11. *conf.*372. *n.*21. & de fententia reuocata in iudicio reui-

31 fionis loquitur *Maftrill. decif.*29. *num.* 9. Hæc tamen illatio multis non placuit, quia confiderarunt conclufionem in principio firmatam fortiri effectum, quando titulus eft nullus ipfo iure, ita enim declarãt *Surd. conf.*340. *nu.*11. *Menoch. conf.*1173. *nu.*6.

32 *Raudenf. de analog. cap.*37. *nu.*210. *Giurb. decif.* 89. *nu.* 20. Res effet clarior quando refcinderetur fententia ex gratia Principis,

33 *Maftril. decif.*33. *nu.*3. *&* 14. vel concederetur reftitutio ex eodem capite *Fontanel. de pact. nuptial. cl.*4. *gl.*12. *nu.*92. *Cabed.*

34 *decif.*144. *p.*1. nam tunc fructus non reftituuntur. Debentur autem fructus à die quo refoluitur actus, & non à die conteftatæ litis, *Gratian. difceptat. forenf. cap.*207. *nu.* 34. *& feq.* quoniam ab illo die fomentum bonæ fidei deficit, & quando aliquid fit ipfo iure non eft neceffaria petitio, aut

35 mora ad conftituendum in mala fide.

Eft etiam celebris controuerfia, an emptor conuentus remedio *l.* 2. *Cod. de refcindend. vedition.* & eligens rem ipfam reftituere, teneatur illam reftituere cum fructibus. Multi quos recenfet, & fequitur *Ar. Pinell. d. l.*2. *p.*2. *cap.*4. *num.*1. negant effe reftituendos fructus, quæ fententia fuit apud tribunalia approbata. In Sacr. Conf. præualuit tefte *Franc. decif.*119. *nu.* 20. 495. *nu.* 3. fecundum illam fuiffe iudicatum per Senatum Lufitanum teftatur *Gam. decif.*94. *&* 310. *nu.* 5. eamdem fententiam latè comprobat *Fachin. controuerf. iur. lib.*2. *cap.*24. titulus enim ab initio fuit 36 validus, & præbuit anfam poffidendi bona fide, *Maftril. decif.*33. *nu.* 4. & reuocatio procedit ex nunc, & non ex tunc, *Franc. decif.* 119. *nu.* 19. Et certè fi fuiffent reftituendi fructus, Imp. fanxiffet quemadmodum fecit de ipfa re, *Magon. decif. Flor.* 23. *circa finem, Fachin. controuerf. iur. lib.*2. *cap.* 24. *verf. probatur primo.* Addo venditorem gauifum fuiffe pretio, & non effe 37 æquum vt eodem tempore fruatur pretio, & fructibus, *Gam. decif.*232. *in fine, Fachin. d. cap.* 24. *verf.* Quarto quia.

Quid fi emptor læfus agat remedio *l.* 2. 38 ad refcifionem contractus, quòd teneatur ad reftitutionem fructuum, quia volontariè dicatur refcindere contractum affirmat *Franc. decif.*495. *in fine.* fequitur *Laurent. de Iudice fufpec. cap.* 16. *nu.* 93.

Quid fi emptor eligat fupplere iuftum 39 pretium, vtrum teneatur etiam ad intereffe partis defficientis, negant qui de fructibus idem fecerunt, & ita fuiffe iudicatum refert *Franc. decif.* 496. quia contractus tenuit ab initio licet refcindatur, & emptor habuit titulum coloratum, & bonam fidem ad faciendos fructus fuos, & venditori imputandum, cur prius de fuo iure expertus non fit, *Magon. d. decif.*33. *in fine.*

Tu aduerte quòd DD. negantes fructus 40 reftitui, verè fentiunt de perceptis à die contractus, & fic ante litis conteftationẽ, aliud fentientes de perceptis poft litem conteftatam, & ita eos intelligunt *Chaffan. in confuetud. Burgund. Rubr.*7. §.12. *in tex. Ne retourne. fo mihi* 1023. *ante finem n.*37. *Magon. decif. Flor.* 23. *nu.*7. *&* 8. vbi iudicatum fuit non deberi fructus nifi à die litis conteftatæ, quia conftat non fine titulo emptorem poffediffe rem fibi venditã, & ex ea fructus percepiffe: & confequenter eos fructus fuos omnimodo feciffe *A. Fab. decad.* 7. *err.* 7. *circa finem.*

SVM-

SVMMAE.

HYPOTHECA.

CAP. X.

Pignoribus interuenientibus vsuræ, quæ sine stipulatione peti non poterant, pacto retineri possunt. *l. Pignoribus. 22. de vsur. lib. 4. Cod. tit. 32.* & creditor euadit potior in omne, quod ei debetur, *l. Lucius Titius. 18. Qui potior in pign. hab. lib. 20. P. tit. 4.* quod procedit licet in datione pignoris nihil specificè dictum fuerit de vsuris, quemadmodum obseruat *Bartolus d. l. Pignoribus.* & sequitur *Barz. decis. 198. nu. 1.* hypotheca enim quæ datur pro sorte competit pro omnibus accessorijs, *Surd. decis. 271. n. 2.* nisi verba obligationis aliud suaderent: quia essent limitatè relata ad principalem obligationem, *Roman. cons. 507. nu. 1.* 1 2

Prędicta præbuerunt ansam inuestigandi, num bona quæ sunt tacitè obligata pro dote, censeantur etiam obligata pro alimentis, 3

mentis, seu pro vsuris debitis pro dote, quemadmodum tenuisse Ia. de Are. testatur Bartolus, & approbat in *l. si cum dotem.* 24. §. *si autem in sæuissimo. num.* 7 *ff soluto matrim.* quam sententiam veriorem dicit *Roderic. de annu. redit. lib.* 3. *q.* 7. *nu.* 69. *vers. Sed contraria sententia.* & secundum eam fuisse iudicatum in Cam. Imp. testatur *Mynsing. cent.* 1. *obser.* 64. *accedit Bec. cons.* 115. *nu.* 12. illam amplectitur *Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 31. *num.* 15. *Costa de remed. subsid. prælud.* 8. *nu.* 8. actio enim de dote est bonæ
4 fidei, & ideo vsuræ, & accessiones veniunt secundum naturam ipsius actionis, *Pascal. de patr. potest. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 42. Non defuerunt tamen qui in contrariam sententiam descenderunt, quos indicat *Roderic. loco citato*, & *Barbos. l.* 1. *p.* 3. *nu.* 27. quibus haud subscribo, potissimum quia argumétum allatum per Barbosam, minimè sit subsistens; mouetur, quòd bona mariti limitatiuè censeantur hypothecata pro dotis restitutione, id vnde sumat nõ dicit. Equi-
5 dem pro istorum opinione facit traditio illorum, qui dixerunt subiugationem super feudo factam pro dote, non extendi ad interusuria ipsius dotis, quia id sit onus Baronis, & non feudi, quemadmodum videri potest apud *Milanens. decis.* 8. *nu* 360. & *seq. lib.* 1. quod non approbat *Pascal. de pa-*
6 *tr. potest. p* 2. *cap.* 7. *nu.* 44. Legatarius habet tacitam hypothecam, & pro ea præfertur creditoribus hæredis in bonis testatoris, non tamen hoc procedit pro fructibus, seu vsuris rei legatæ, *Franc. decis.* 374. *num.* 12. accedit *Thesaur. forens. lib.* 4. *q.* 25. *num.* 7.

Scimus bona administratorum alienæ substantiæ esse tacitè hypothecata: sic filiũ
7 habere hypothecata bona patris administrantis docet *Rebuff. ad leg. Reg. tract. de constitut. redit. art.* 1. *gl.* 14. *nu.* 17. *Thesaur. forens. lib* 2. *q.* 84. *num.* 8. quemadmodum
8 etiam Dominus habet obligata bona sui institoris, vt plenè probat *Hyppolit. Riminald. cons.* 587. *vol.* 5.

9 Difficultas in eo posita est, num hypotheca incipiat à die malè administratæ substantiæ, an verò à die susceptæ administrationis, & crebrius itum fuit in eam sententiam, quòd hypotheca incipiat à die susceptæ administrationis, vt post *D D. in l. Cum oporter.* § *final. Cod. de bonis quæ liber.* notat *Negusant. de pignor. p.* 2. *m* 4. *nu.* 17. *Capyc. decis.* 129. *num.* 5. *Rebuff. d. gl.* 14. *num.* 16. *Munoz. de ratiocin. cap.* 39. *num.* 13. *vers. à die accepta administrationis. Costa de retrotract. cap.* 8. *cas.* 31. *num.* 7. *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 49. *nu.* 18. verba faciens de patre legitimo administratore bonorum filij, vt etiam *decis.* 271. *nu.* 12. *Gratian. discept. forens. cap.* 53. *num.* 4 *et* 6. verba faciens de hypotheca competente in bonis tutoris, & *cap.* 601. *nu.* 3. vbi loquitur de bonis Prælati, qui administrauit bona Ecclesiæ, & *cap.* 935. *nu.* 25. indistinctè de bonis cuiuscunq; administratoris id affirmat: quod etiam procedere respectu factoris, siue negotiorum gestoris tradit *Hyppolit. Riminald. cons.* 587. *lib.* 5. *s. allegato*. Habebit tamen effectum huiusmodi hypotheca 10
à die quo cœperunt malè administrare, *Christofor. Mart. Medic. decis.* 75. *nu.* 15. & retrotrahetur ad diem cæptæ administrationis. Neq; habebit locum absurdũ, quod hoc pacto hypotheca orietur ante personalem obligationem: quandoquidẽ 11
duæ considerantur obligationes in patre: generalis vna, & altera specialis: generalis oritur statim, ac cœpit administrare, quia tenetur rem filij saluam facere, specialis verò, quando cœpit malè se gerere, ita distinguit *Negusant. de pignor. & hypoth. p.* 2. *m.* 4. *nu.* 17. & 18. & *p.* 3. *m.* 1. *num.* 10.
Valdè controuertitur num hypotheca extinguatur per assignationem factam, quæ 12
non fuit sortita effectum propter euictionem superuentam: negantem sententiam amplectitur ex recentioribus *Mangil. de euiction. q.* 47. *num.* 6. *Thesaur. lun. lib.* 2. *q.* 88.

Contrariam sententiam latè firmat *Surd. decis.* 266. & ostendit secuta euictione debere creditorem agere vtili exempto, neq; posse redire ad primeuam actionem, iam penitus extinctã *Marta voto* 144. *nu.* 4. & ita pluries fuisse iudicatum in Senatu Mantuano

tiano attestatur, vbi respondet argumentis, & authoritatibus adductis pro parte contraria. Supradictam resolutionem, Idem Surdus latè combrobat *conf.145. nu.*
13 *14. & seq.* sibiq; imputet creditor si non est protestatus, quod nolebat recedere ab hypothecis eidem competentibus, *Castil. decis. 5. nu. 5.* potuit enim recipiens in solutum sibi reseruare iura antiqua *Costa de Retrotract. cap. 8. cas. 27. nu. 12.* & efficaciā talis reseruationis considerat *Mastril. de-*
14 *cis. 120.* In alijs verò speciebus in quibus non cadit propriè contractus emptionis, sed potius celebratur permutatio, secuta euictione poterit primeua actio intentari, vt declarat *Gratian. disceptat. forens. cap. 3. nu. 18. & seq. Castil. decis. 5. num. 3.* fauore
15 etiam dotis secuta euictione poterit primeua actione agi: ad hoc enim vt prima hypothecaria actio tollatur, necesse est, vt res in solutum accepta pænes accipientem remaneat, alioqui prima actio, tam personalis, quàm hypothecaria stat in suo robore, vt latè probat *Castil. n. 7. & plurib. seq.* & tenuit etiam *Gratian. disceptat. forens. cap. 759. nu. 8.*

16 Si tamen datio in solutum, vel assignatio de qua supra, reperiretur nulliter facta, non esset dubitandum de extinctione primeuæ actionis, notat *Marta cons. 100. nu. 16.*

17 Non contemnendus est articulus apud nostros interpretes exagitatus, num per oppignerationē censeatur quandoq; res mea alienata. Iac. de Ra. teste Alberico ad *l. Qui habebat 101. ff. de leg. 3.* implicitè id sensit, nam quærens num ille qui promiserat sub certa pœna se non empturum quicquam in districtu alterius, si mutuauerit pecuniam, & acceperit pignus, vel hypothecam receperit, dicatur commissa pœna, respondet affirmatiuè, quando data esset tanta pecunia, vt nulla subesset spes luitionis, considerata quantitate pecuniarum, & conditione personarum: hancq; suam sententiam probat authoritate Scæuolæ in *d. l. Qui habebat.* is enim proponit talem speciem de qua fuit interrogatus: qui habebat in Prouincia ex qua oriundus erat, propria prædia, & alia pignori sibi data ob debita, codicillis scripserat, se adiudicare patriæ prædia omnia quæcunq; in Syria possidebat, quæsiuit patria, an legato comprehenderentur, quæ testator pignori habuit: respondit Scæuola, non videri relicta, si modò in proprium patrimonium, quod ferè cessante debitore fit, non sint redacta: ecce, inquit, quomodo pignus in proprium patrimonium redigitur, quod ferè contingit, quando quantitas debiti superat valorem pignoris. In argumentum quoq; adducit responsum Papiniani in *l. legata. 9. §. fin. de suppellec. leg. lib. 33. P. tit. 10.* nam cum ab ipso quęreretur, an suppellectili omni legata, acceptum pignori argentum contineretur; respondet non contineri, nisi fortè in vsu creditoris id argentum volontate debitoris fuit; cum soleat opponi propter contractus fidem, ac restituendæ rei vinculum. Hoc idem nullius facta mentione deducit *Bartol. in d. l. legata. 9.* Horum sententiam refert, & sequitur *Alex. in l. 2. §. per seruum corporaliter. 15. ff. de acquir. & amitt. poss.* diciťq; hanc mentem fuisse *Cyno. in l. qui post. 3. Cod. de legat.* non ita tamen loquitur Cynus, vt refert Alexander, nam ex mente Petri obseruat legatum intelligi reuocatū, quando ita obligata fuit res, vt sit perpetuò penes creditorem: quibus verbis arbitror aliud sensisse Cynum, vt mox demonstrabo. Potuit etiam hoc sensisse *Bald.* quem citat *Alex. in l. manumissiones. 4. num. 10. ff. de iustitia,* & iure, vbi arg. *d. l. Qui habebat.* obseruat rem locatam alicui potenti sine spe recuperationis dici exijsse de manu mea. Conclusionem firmarunt *Ripa ad l.* 18
filius familias. 114. §. Diui. nu. 3. ff. de leg. 1. Tiraq. de retract. in præfat. nu. 36. Negusant. de pignorib. p. 3. m. 1. num. 27. versus finem. Chass. in Consuetud. Burgund. tit. des droueis. Rub. 4. §. 1. verbo contracts entres le vuifs. nu. 20. Cornaz. decis. Lucens. 10. num. 18. Caual. q. 747. num. 13. Costa de ratione Ratæ q. 58. nu. 9.

In contrariam sententiam transiuit *Soc.* 19

in l. 1. §. per seruum 17. nu. 11. ff. de acquir.
vel amitt. possess. & oppositā impugnat dua-
20 bus rationibus. Altera, quòd vltra veram
speciei æstimationem consideratur affectio
l. si emptionem. de minoribus lib. 4. P. tit. 4.
quod etiam obseruat *Gratian. disceptat. fo-*
rens. cap. 422. nu. 19. Caual. d. q. 747. nu. 14.
21 Altera, quòd in omni contractu debet ser-
uari æqualitas, vt par sit omnium conditio,
neq; debeat esse in potestate alterutrius
reddendi contractum mancum: nam in
hac specie non esset permissum debitori,
quod concederetur creditori, repignorare
rem scilicet: nam creditor, qui non idoneū
pignus accepit, non amittit actionem eius
debiti, quantitatis in quam pignus non
sufficit, *l. creditor. 28. de reb. credit. lib. 12.*
P. tit. 1. vnde Pomponius lectionum lib.
secundo, ita scripsit: quod in pignoribus
dandis adijci solet, vt, quominus pignus
venisset, reliquum debitor redderet, super-
uacuum est: quia ipso iure, ita res se habet,
etiam non adiecto eo. *l. Quæsitum. 9. in fin.*
de distract. pign. lib. 20. P. tit. 5. Ad authori-
tatem *l. Qui habebat.* 101. conatur respon-
dere perpensa vi illius dictionis, *ferè*; quia
non absolutè dicat I.C. rem fieri emptoris,
sed quasi eo accedat, & amplius conside-
rat moram, & cessationem debitoris; quasi
velit dicere debitorem habuisse volontatē
transferendi dominium pignoris in eum
casum quo non solueret: hanc eamdem
volontatem considerauit *Alberic. in l. lega-*
ta. non tamen explicat quæ sit hæc vo-
lontas, & ex quibus colligatur. Quare vt
omnibus perspicuū fiat, quàm longè aber-
rarint à scopo nostri interpretes, altius
exordiendum. Apud omnes in confesso
est fundamentum propositionis superius
firmatæ positum esse in illis duabus legibus
citatis, nimirum *l. Qui habebat. 101. de leg.*
3. & l. legata. 9. de suppellec. leg. lib. 33. P. tit.
10. Vnde si demonstrauerimus nequaquā
in eis haberi, quòd res censeatur in solutū
data, quando pro tanto fuit oppignerata,
vt nulla subsit spes luitionis, certè conclu-
dendum erit Doctorum sententiam ruitu-
ram, vt potè nulla ratione suffultam, quod
vt apertius intelligamus, sciendum est pi-
gnus, aut oppositum esse propter contra-
ctus fidem, ac restituendæ rei vinculum,
aut vt in vsu creditoris volontate debitoris
sit, *d. l. legata. 9. in fine.* Hoc autem pignus
ea volontate datum dicebatur esse in man-
cipio debitoris, & appellabatur fiduciariū, 22
per quam fiduciam transferebatur domi-
nium, vt obseruat *Cuiac. in suis comm. d. l. 9.*
ob id Paul. sentent. lib. 3. obseruat seruis le-
gatis, ancillas quoq; deberi, his scilicet ex-
ceptis, quæ fiduciæ datæ sunt: ea igitur erat
differentia inter pignus, & fiduciam, secun-
dum *Isidor. lib. 5. etymolog. cap. 21.* quòd
pignus manente apud debitorem domi-
nio, nudam possessionem transferebat: per
fiduciam verò, res aliqua mutuæ pecuniæ
gratia, vel manicipabatur, vel in iure cede-
batur: ea tamen lege, vt soluta pecunia
redderetur, & restitueretur; si tamen fidem
datam voluisset seruare creditor: hæcq; fuit 23
mens Scæuolæ in prædicta *l. Qui habebat.*
Dum dixit prædia oppignerata contineri
legato, quando in proprium patrimonium,
quod ferè cessante debitore fit, non sint re-
dacta: ecce quomodo debitor transfert
dominium, sequendo tum fidem credito-
ris: fiducia enim authore Boetio in topicis 24
Ciceronis contrahitur, cum res alicui ea
lege mancipatur, vt eam mancipanti re-
mancipet; vt si quis tempus dubium ti-
mens amico potentiori fundum mancipet,
vt ei, cum tempus quod suspectum est,
præterierit, reddat: hinc fiduciarius hæres 25
appellatur, qui simulatè, & ad tempus scri-
ptus est, dum eam hæreditatem alteri verò,
ac perpetuo hæredi restituat. *l. Seius. 46. &*
l. 67. ad S. C. Trebell. lib. 36. P. tit. 1. quæ
propterea dicitur fiduciaria hæreditas; ea
ratione fiduciariam operam legatus Impe- 26
ratori suo præstare dicitur à C. Cæsare, cui
Imperium ad tempus commissum est, vt
eo exacto Imperatori suo illud restituat:
sic contracta fiducia olim manumitti dice- 27
bantur; quos parentes remancipandi, vel re-
hedibendi sibi lege manumittebant, *l. 1. §.*
obijcitur. 5. ad S. C. Tertull. lib. 38. P. tit. 17.
§. vlt. Instit. de legit. agnat. success. & qui
sub

subiecta fiduciæ lege mancipatum sibi filium
28 accipiebat, is fiduciarius pater dicebatur,
vt ex Caio *Instit. lib. 1. tit. 6.* patet. Non
igitur quantitas debiti facit, vt dicatur
translatum dominium eius rei, quæ opposi-
ta tantum fuit propter contractus fidem, &
restituendę rei vinculum: sed certa volon-
tas debitoris, hoc est fiducia, quemadmo-
dum demonstrauimus. Illud quoq; non
est silentio prætereundum, inter eos qui
affirmarunt supposita debiti quantitate
censeri translatum dominium, & rem in
solutum datam; vlterius exegisse, vt non
esset locus affectioni; alioqui si foret res
maiorum cessaret suspicio ne debitor ne-
gligeret illam luere. Secundum requisi-
tum est cōditio personæ, an sit talis, vt nul-
la ratione possit pignus luere, quia fortè
decoctus, & bonis lapsus, vt habetur in *gl.
d. l. Qui habebat, in verbo, Redacta.*

Cæterum data, non concessa veritate
opinionis priori loco firmatæ, multa inde
29 inferuntur: videlicet non licere emphy-
theutæ pro tanto hypothecare, vt non sub-
sit spes luitionis, notat *Olind. de Amic. de
iure emphyt. q. 14. nu. 9. Costa de retrotract.
cap. 8. cas. 18. nu. 17. & 18. & Maur. Burg.
de laudim. p. 2. in spec. 17. num. 4.* dicit isto
30 casu solui laudemium. Eadem ratione
non licebit vassallo pretio tam magno pi-
gnorare feudum, vt non sit verisimile fore
reluendum, *Rosental. de feud. cap. 9. m. 1.
31 concl. 62. nu. 17.* Si res euicta fuerit à cre-
ditore tantæ quantitatis, vt non subsit spes
venditorem reluiturū, poterit emptor age-
re de euictione, quia reputabitur res euicta
respectu proprietatis, *Magon. decis. Floren.
93. nu. 4. Menoch. cons. 361. nu. 5.* Si res le-
32 gata fuerit oppignerata ob tantam summā
quæ excedit, vel æquiualet pretio ipsius rei,
dicitur reuocatum legatum, *Bartol. in l.
Rem legatam 18. in fine ff. de adimend. legat.
Grasian. disceptat. forens. cap. 172. nu. 3. &
cap. 422. nu. 18.*

33 Statutum prohibet venditionem, ita &
oppignerationem pro tanto, vt non subsit
spes luitionis, *Bald. cons. 218. nu. 2.* & ob id
qui rem in hunc modum obligaret forensi
impingeret in prohibitionem factam per
Nou. Constit. *Flot. cons. 19. nu. 20. Carpan.
ad §. Colleg. num. 123.* Et ita rem Ecclesiæ
non posse in hunc modum oppignerari no- 34
tat *Redoan. de reb. Eccles. non alienand. q. 2.
cap. 6. nu. 7.* Si pacto conuenit, ne res exi-
ret manus emptoris, contra pactum vide- 35
bitur facere, qui rem ipsam obligauit pro
debito æquiualenti, *Mantic. de tacit. &
ambigu. conuent. lib. 4. tit. 30. nu. 51.* Pro-
hibitus emere, prohibetur pignori accipe- 36
re pro ea quantitate, vt non sit verosimile
debitorem luiturum. *Bartol. in l. In quo-
rum 23. nu. 1. ff. de pignorib.* Illud non est
omittendum, quòd supradicta procedunt
quoties res particularis fuit oppignerata,
& non vbi facta esset obligatio generalis
omnium bonorum, vt censet *Rota decis. 59.
num. 9. post tractat. Mangil. de subhastat.*

Quoniam multoties incidit sermo à quo 37
tempore incipere debeat hypotheca bo-
norum debitoris, ideo pro regula recur-
rendum ad distinctionem communiter re-
ceptam: quòd obligatio, vel est pura, vel
conditionalis; quando obligatio est pura
nulla cadit dubitatio, difficultas versatur
circa aliud caput, circa quod & illud dispi-
ciendum, cuius generis sit cōditio: etenim
si est purè potestatiua incipiet hypotheca
à die purificatæ conditionis; si verò fuerit
casualis, vel mixta à die contractus: & ra-
tio differentiæ est, quia in priori casu est in
potestate contrahentis ne se obliget; in se-
cundo verò casu id non pendet ab eius vo-
lontate, sed ab euentu: ita ratiocinatur
Cancer. variar. resolut. p. 3. cap. 1. q. 1.

Hæc regula, licet certa, non tamen satis
enucleatè explicat difficultatem non con-
temnendam, quæ se offert circa dotium
cōstitutiones, & hypothecas pro illis com-
petentes. Cottidie contingit firmari ca-
pitula matrimonialia multo antè quàm
celebretur matrimonium, & etiam nume-
retur dos, queritur cuius nam temporis ha-
benda sit ratio; promissio. is ne dotis, con-
tracti matrimonij, an verò numerationis
dotis.

Antequam satisfaciamus propositæ du- 38
bitationi

bitationi præmittimus posse rem esse pi-
gnori etiam eo tempore quo nihil dum de-
betur, dummodo iam tunc res in ea causa
reperiatur, vt non sit in potestate debito-
ris ne debeat, *Griuel. decis.133.nu.16.* satis
enim est quod possit nasci obligatio, *D.*
Ant. Merenda controuers. iur. lib.6. cap.35.
39 Pariter dotem promissam, & destinatam,
& si non actu, potentia tamen seruire ma-
trimonio, dicit *Magon. decis. Flor. 86.*
num 2. Initis capitulis matrimonialibus, &
dote promissa, non est in mera potestate
mariti, aut sponsæ, ne sequatur matrimo-
40 nium, ne dos soluatur: nam qui dederunt
sibi fidem de contrahendo matrimonio,
possunt, imo debent, ad illud contrahendũ
compelli, *Griuell. decis.133.nu.11.* est enim
turpe, & iniquum in his maximè spirituali-
41 bus fallere fidem, *Menoch. cons.386.nu.2.*
42 & ex tali recusatione possent oriri scanda-
43 la, *Franc. decis.677. num.7.* nisi iusta causa
subesset, quæ multiplex esse potest, vt do-
cet idem *Menoch. de arbitrar. cas. 455.*
44 Quemadmodum etiam sequuto matrimo-
nio non potest maritus honestè recusare,
quin recipiat dotem sibi promissam, *Gri-*
uell. d. decis.133.nu.12. Franc. d. decis.677.
45 *nu.* 7. quia non est in eius potestate dete-
riorem facere cõditionem mulieris *Franc.*
d. decis.677.nu.3. & supinè faceret non ac-
cipere dotem, cum sustineat onera matri-
monij. De necessitate itaq; si non præcisa,
saltem causatiua debet sequi matrimo-
nium, & receptio dotis.

Propositę difficultati iam respondemus,
minimè attendi tempus solutionis dotis,
46 sed quidem tempus promissionis, vt tradit
Paris. cons.102.nu.15.vol.3. Ludouic. decis.
Perus.66.nu.28. Gram. cons. ciuil.114.nu.2.
Bald. Nouel. de dote p.8. priuil.23. Mantic.
de tacit. & ambigu. conuent. lib. 11. tit. 19.
nu.12. Franc. d. decis.677. nu.3. Costa de re-
trotract. cap.8. cas.31. nu.1. Gratian. discept.
forens. cap.53. nu.2. Cyriac. contr.81. nu.21.
47 quia traditio non facit dotem, sed eius cõ-
stitutio matrimonio interueniente, *Hiero-*
nym. à Laurent. decis.25. nu.1. Verum qui-
48 dem est, quòd eatenus sustinetur hypothe-
ca, quatenus dos fuerit numerata, quia
inest promissioni de restituendo, *Socin. Sen.*
cons.41. nu.16. vol.4. Trentacinq. var. resol.
lib.3. tit. de pignor. resolut.9. num.27. vers.
Secunda est, & per numerationem causa- 49
tur effectualis obligatio, *Menoch. cons.*
851. num.24. Difficultas eo reducitur, an
debeamus accipere conclusionem de pro- 50
missione facta in ipso actu matrimonij,
quemadmodum voluerunt *Gratian. di-*
sceptat. forens. cap.804. nu.2. & seq. Io. Ant.
Bellon. cons.18. nu.81. & seq. quia ante ma-
trimonium non sit dos. Et quòd à die con-
tracti matrimonij oriatur hypotheca existi-
mat etiam *Trentacinq. var. resolut. lib. 3.*
tit. de pignorib. resolut.9. nu.26. & seq. The-
saur. forens. lib.2. q.34. nu.5. Quoad hy- 51
pothecam expressam dat manus *Marta*
voto 13. nu.9. sed quo ad tacitam dicit illam
incipere à die numerationis. 52

In contrarium quòd etiam ante contra-
ctum matrimonium oriatur hypotheca
latè probat *Franc. d. decis.677. nu.6. & seq.*
Rutn. cons.224. nu.12. vol.1. quia licet tunc
in essentia non esset matrimonium erat
tamen in potentia. Hanc opinionem sibi
magis placere dicit *Fontanell. de pact. nup-*
tial. cl.7. gl.2. p.2. nu.35. quam amplexum
fuisse Senatum Dolanum testatur *Griuell.*
decis.133. nu.7.

Quando quis specialiter quædam, &
vniuersa bona generaliter pignori accepit,
ęquale ius in omnibus habet: nihilominus
Imp. Seuerus, & Antoninus iurisdictionem
temperarunt, vt si certum esset posse eum,
ex his, quæ nominatim ei pignori obligata
sunt, vniuersum dirigere debitum, ea: quæ 53
postea ex ijsdem bonis accepta fuerunt per
alium, non posse interim ei auferri *l. 2. de*
pignor. lib.8. Cod. tit. 14. quoniam res spe- 54
cialiter obligata, in dubio reputatur suffi-
ciens ad satisfaciendum creditori: id notat
Couaru. var. resol. lib.3. cap.18. nu.1. Osasc.
decis.159. nu.2. Roland. cons.36. nu.2. vol.4.
Mynsing. cent.6. obser.94. nu.3. Surd. decis.
44. nu.16. cons.495. n.12. Meyer. de pignor.
tit.12. nu.7. nisi probauerit pignus non esse
suffecturum. Quoniam autem sanctio est

celebris

celebris non est ita sicco pede pertranseun-
5 da: Illud igitur in primis se offert obseruandum, quòd dispositio non immutatur per aliquem ordinem seruatum in conscribenda obligatione bonorum: siue igitur præcedat obligatio generalis, & mox subsequatur specialis, siue vice versa conscripta sit specialis, & mox addita generalis, semper debebit prior creditor excutere specialem, antequam virtute generalis velit excludere posteriorem creditorem, notant *Negusant. de pignor. p. 5. m. 2. num. 51. vers. Et pro ampliatione. Couaru. d. cap. 18. nu 3. vers. Quartò adnotandum. Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. num. 21. vers. Quæ lex. Surd. decis. 44. nu. 2. cons. 495. nu. 9. Osasc. decis. 159. nu. 6. Mynsing. cent. 6. obser. 94. num. 7.*

56 Dispositionē Imp. nō immutat alia consideratio, quod posterior creditor prouiderit sibi tantùm de generali hypotheca; quia nihilominus poterit excipere aduersus anteriorem, quòd prius excutiat speciale pignus: *Couaru. d. cap. 18. nu. 2. vers. Tertiò idem. Roland. cons. 36. nu. 5. vers. Sed melius. Surd. decis. 44. nu. 3. Osasc. decis. 159. nu. 6. Mynsing. centur. 6. obser. 94. num. 6.* Hac
57 autem exceptione non poterit se iuuare ipsemet debitor, vel etiam tertius, qui rem teneret iure dominij, & non tamquam creditor, *Couaru. d. cap. 18. nu. 2. vers. Quintò animaduertendum, Surd. decis. 44. num. 11. Osasc. decis. 159. nu. 6. Raud. de analog. cap. 33. num. 5.* est enim exceptio de iure tertij, quę non excludit intentionem agentis ipso iure: est enim exceptio inuenta ad commodum posterioris creditoris, *Surd. cons.*
58 *98. in fine.* Huiusmodi autem exceptione repelletur quoq; creditor ex causa dotis, quia in hoc dos non fit quoquomodo priuilegiata, *Couaru. d. cap. 18. num. 3. vers. Octauo in controuersiam. Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. num. 21. vers. Hoc autem. Surd. decis. 44. nu. 5. cons. 495. nu. 9. Gabriel. cons. 41. nu. 5. & seq. vol. 2. Alba cons. 97. nu. 53.*
59 *A. Fab. decad. 6. error. 2.* Qui igitur volet sibi prospicere, adhibebit clausulam illam, quòd per specialem hypothecam non sit derogatum generali, neq; per generalem speciali, *Couaru. d. cap. 18. nu. 3. vers. Decimò fortassis.* latè *Franc. decis. 5. Raud. de analog. lib. 1. cap. 33. nu. 3. Roland. cons. 5. nu. 8. vol. 4. Surd. decis. 44. nu. 12. vers. Nam hæc. cons. 495. nu. 10. Osasc. decis. 159. nu. 7. Mynsing. centur. 6. obser. 94. num. 8. & seq. A. Fab. decad. 6. error. 2. & sui Cod. lib. 8. tit. 6. defin. 8. Puteu. decis. 58. lib. 1.* Idem
Fab. err. 2. reddit rationem effectus istius 60
clausulæ, quòd exceptio non excussæ specialis hypothecæ competat ex æquitate quadam, cui causam dat volontas ipsa, saltem tacita, creditoris, qui non contentus generali obligatione bonorum debitoris pignus aliquod, aut hypothecam specialiter accipiendo satis declarauit malle se ex eis bonis specialiter obligatis suum consequi, quàm ex cæteris. Adiecta porro clausula apertissima est volontas creditoris nolentis ex eo iure, quod per generalem pignoris conuentionem sibi quæsiuit, quicquam detrahi, ob id solum, quòd specialem hypothecam adiecerit: proinde nullus contrariæ volontatis coniecturæ locus relinquitur. Per huiusmodi clausulam non confundi virtutem specialis hypothecæ, notat *Costa de clausul. claus. 13. num. 10.*
Hypotheca tacita pro alimentis ex priui- 61
legio inducta à lege non reperitur *Negusant. de pignor. p. 2. m. 4. sub nu. 164. vers. Ego puto. Gratian. disceptat. forens. cap. 366. n. 2.*
quia debentur officio Iudicis, & non iure 62
actionis *Afflic. decis. 10. nu. 4.* & quia non
competit non nisi in casibus à iure expres- 63
sis, *Farinac. decis. 686. nu. 5.* Iccirco qua-
tenus multi DD. tenent vxorem habere 64
tacitam hypothecam in bonis mariti pro alimentis ei debitis constante matrimonio, aduertendū est, quòd loquuntur quando data fuit dos, & tunc volunt quòd priuilegium tacitæ hypothecæ competens pro dote, & sic pro principali, influat etiam in alimenta, quæ accessorrè debentur: ita ex mente aliorum *Negusan. de pignor. p. 2. m. 4. nu. 47. & seq. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 49. & tit. 9. q. 31. nu. 15.* vbi simpliciter refert sententiam Bartoli, & aliorum qui pro

hypotheca

hypotheca pugnarunt, ipse tamen *tit. 8.* examinat rationes eorum, qui contrarium senserunt respondendo rationibus adductis pro affirmatiua, in quam potius videtur inclinare, quia resoluit duas quæstiones præsupponentes illius validitatem, quam vt æquiorem, & saniorem amplexos fuisse assessores testatur *Mynsing. cent. 1. obser. 64.*

65 Propterea si nulla fuit data dos, vel promissa, tunc licet maritus vxorem alere teneatur, *Surd. de alim. tit. p. q. 32. nu. 11. & seq.* tamen pro huiusmodi alimentis non reperitur inducta tacita hypotheca, nec per se, fauore alimentorum, vt initio præmisi, nec ratione principalis, hoc est dotis, quæ est priuilegiata, quia nulla extat dos, & sic alimenta hoc in casu non sunt accessoria ad dotem, & licet aliqui DD. dicant, quòd hoc casu mulier videtur dedisse personam pro dote, tamen potest hæc ratio efficere, vt maritus teneatur alimenta illi præstare, sed quòd pro eis competat tacita hypotheca nequaquam: quia pro restitutione personæ non competit, & ideo non potest inde deriuari ad alimenta vti accessoria, sicuti accidit quando dos verè data fuit. Quamuis igitur nullus in specie, quem viderim, ita distinguat, tamen probatur ex his, quæ pro fundamento hypo-

66 thecæ à DD. adducuntur. Nam cum in contrarium vrgeat illa ratio, tacitam hypothecam non competere, nisi quatenus aliqua lex illam inducat, & tribuat *Genu. practic. Eccles. q. 472. nu. 2.* nulla autem lex legatur, quæ alimentis tribuat hypothecã, fit, vt ad euitandam instantiam, recurrere debeant ad illam responsionem; quòd hypotheca reperitur inducta in dote, quodq; ab ea tamquam principali influit in alimẽta vti accessoria.

67 Actio hypothecaria competens pro vero debito non tollitur per aditionem hereditatis factã ab herede grauato fideicommisso, *Rol. cons. 65. num. 15. vol. 2. Rom. cons. 276. num. 1.* & dicit esse casum in *l. Debitor. 59. ad S. C. Trebell. lib. 36. ∫ tit. 1.* vbi Paulus I. C. nedum retentionẽ, sed etiam actionem tribuit: & id etiam obseruat *Socin. Sen. cons. 44. in fine. vol. 3. Socin. Iun. cons. 57. num. 7. vol. 3.* Dubium exoritur, quando aditio est volontaria: 68 nam *Bartol. d. l. Debitor. num. 2. Bald. ad l. Debitor. 7. num. 5. Cod. de pact. Caphal. cons. 393. nu. 160. & seq.* Dicunt hypothecariam vigere quo ad effectum retinendi, non autem quo ad effectum agendi: Hanc di- 69 stinctionem reprobat *Paul. de Castro d. l. Debitor,* & idem sensit *Grat. cons. 63. nu. 14. 86. nu. 24. lib. 2. Chartar. decis. 124. num. 7. Surd. cons. 7. n. 21. Neuizan. cons. 69. n. 15.*

Hypotheca non oritur ante personalem 70 actionem, quia ei accedit, *Gabr. cons. 165. nu. 5. vol. 1. Surd. cons. 262. nu. 32. decis. 28. nu. 4. 271. nu. 4. Christofor. Mart. Medic. decis. 75. num. 16.* Non igitur pro collectis 71 dicuntur obligata bona antequam fuerint impositæ, quia ex eo tempore oritur personalis actio, *Bald. in auth. Item nulla. num. 5. Cod. de Episcop. & Cleric. & in tractat. de statutis. verbo, Collecta. nu. 7. Natta cons. 1. nu. 8. & 9.* etiam si statuto sit cautum, quòd pro collectis bona sint hypothecata, *Iac. Butrigar. in auth. Item nulla communitas. Cod. de Episcop. & Cleric.* quam traditionẽ sequitur *Bald. in cons. 280. ad finem. lib. 2.* reputans impossibile esse aliud statuere, repetit in *tractat. de Statut. verbo Collecta. nu. 7.* Verum quidem est, quòd postquam or- 72 ta est hypotheca, illa potest sine personali cõsistere, vt si conductor sublocauerit domum alteri, ille subconductor versus Dominum, non est aliqua obligatione personali obstrictus, & tamen per ipsum illata, & inuecta erunt hypothecata Domino domus, *Cancer. variar. resolut. p. 1. cap. 14. num. 3.*

Hypothecaria contra tertium dum agi- 73 tur est narrandum, & probandum, dominium ipsius debitoris tempore obligationis, *Alex. cons. 78. nu. 4. lib. 7. Negusant. de pignor. p. 8. m. 3. nu. 22. vers. Tertio quando. Magon. decis. Lucens. 53. num. 8. Socin. Sen. cons. 112. nu. 7. vol. 4. Menoch. cons. 361. nu. 28. 626. num. 69. Ioseph Ludouic. concl. 14. vers. Infertur 54. Peregr. decis. 48. num. 10. vers. Propterea in terminis. Surd. cons. 191. num. 1.*

nu. 1. *Gratian. disceptat. forens. cap. 261. nu. 30. Adrian. Negusant. q. 52. nu. 8. 540. nu. 5. Cyriac. contr. 490. nu. 38. & seq.* Neq; refert quòd tertius contra quem dirigitur actio habeat causam ab ipso met debitore, vt obseruat *Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. cap. 50. nu. 16.* quoniam rei alienę pigneratio non consistat, *l. si Debitor. 2. de pignorat. act. lib. 13. P. tit. 7. Menoch. cons. 361. nu. 41. Magon. decis. Flor. 9. num. 11. Surd. decis. 97. n. 4. Rot. apud Farinac. decis. 48. nu. 2. & 5. p. 2. in recentiss. Cyriac. contr. 425. nu. 68. 490. nu. 79.* quicquid dicat *Cornaz. decis. 149. nu. 6.*

75 In Sacro tamen Consilio sæpius fuit iudicatum, satis esse probare rem fuisse in bonis debitoris, refert *Afflic. decis. 383. Gail. lib. 2. obser. 26.* & hoc esse receptum in practica testatur *Peregrin. decis. 48. num. 8. vers. Hæc autem.*

76 In hypotheca vero legali, vt est illa quæ datur pro legatis, & fideicommissis sufficiet probare de possessione testatoris, quia contrahitur etiam in rebus alienis, *Christofor. Mart. Medic. examinat. 23. num. 7. & seq. Surd. cons. 191. nu. 2.*

77 Sententia non tribuit hypothecam, nisi in executione iudicati capta sint pignora, quia tunc constituitur pignus Pretorium: neq; enim mirum est si ex quacunq; causa Magistratus in possessionem aliquem miserit, pignus constitui: cum testamento quoq; pignus constitui posse, Imperator rescripserit.

Sciendum tamen vbi iussu Magistratus pignus constituitur non aliàs constitui, nisi ventum fuerit in possessionem, *l. Non est mirum. 26. de pignorat. act. lib. 13. P. tit. 7. Negusant. de pignor. p. 3. m. 2. nu. 15. Griuell. decis. 27. nu. 11. Papp. lib. 18. tit. 6. arrest. 36. Gait. de credito cap. 2. tit. 8. num. 3189. Rot. Bonon. decis. 72. nu. 12. in select. Sola ad constit. Sabaud. tit. 37. quomodo procedend. sit in execut. causar. action. personal. gl. 4. num. 2. Thesaur. forens. lib. 1. q. 85. nu. 3. & 8. Cancer. var. resolut. p. 2. cap. 12. nu. 6.*

Hypotheca licet non legatur in cautione, debet nihilominus censeri apposita, quia passim apponi cōsueuerit, & quemadmodum dicimus licere Notario illam apponere, quamuis partes expressim de ea nullam fecerint mentionem, vt resoluit 78
Bald. ad l. 1. nu. 27. vers. Sed ponamus, soluto matrim. lib. 24. P. tit. 3. sequuntur passim alij DD. *Capyc. decis. 159. num. 39. vers. Et facit Baldus. Menoch. cons. 37. nu. 30.* & in simili idem notatur de renunciatione non numeratæ pecuniæ, *Carpan. ad stat. 50. nu. 27.* Et quidem si agatur de subintelligenda hypotheca in instrumento gratis id non 79
sumeremus, cum habeamus plures id affirmantes, *Jason. in l. certi cōdictio. 9. § si nummos. 2. nu. 25. ff. si certum petatur. Boer. decis. 182. nu. 54. Osasc. decis. 156. nu. 4.* eiusdem obseruationis meminit *Negusant. de pignor. p. 3. m. 1. num. 24. & seqq. Barz. decis. 108. nu. 27. Cyriac. contr. 10. nu. 67. 189. nu. 31. Surd. decis. 213. nu. 5. & 7. 265. num. 63.* Mouentur, quia partes adeuntes Notarium 80
censentur eumdem rogasse, vt apponeret clausulas consuetas *Cancer. var. resolut. p. 1. cap. 14. nu. 26. & in nouiss. impress. est nu. 42.* Deberet tamen constare clausulam de 81
qua agitur consueuisse in omnibus instrumentis apponi, quia tunc si non legeretur in instrumento prolato, foret præsumendū fuisse omissam per errorem, vel imperitiam Notarij, vt resoluit *Tiraq. in tractat. de iure constit. possessor. p. 3. lim. 31. nu. 15.* sed neq; 82
ista ratione cōtentus est *Valasc. consul. 146.* sed amplius requirit, quòd appareat illam fuisse de necessitate exprimendam, tamquā venientem ex natura actus, ne videantur partes voluisse facere actum inutilem, potissimum *num. 15. & seq.* & hunc sensum videtur habuisse *Dec. in l. De liberis. 18. nu. 15. Cod. de collat.* Dum dixit, Notarium in instrumento dotis posse apponere hypothecam, de qua contrahentes nihil dixerunt: quia videtur rogatus, vt apponat clausulas, quæ sunt de natura contractus. Hanc conclusionem impugnat data ope- 83
ra *A. Fab. de error. pragm. decad. 1. err. 1.* laudat, & confirmat *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 2473. & seq.* & latius *cap. 4. quæsito 6. nu. 239. & seq.* quia hypotheca sit de sub-

 stantialibus

ſtantialibus contractus, quæ ſi non reperiuntur ſcripta non ſubintelliguntur: additur, ea quæ ſolent apponi in contractibus ad augendum obligationem nequaquam ſubintelligi, quia dicuntur venire extrinſecus, & quod dicitur de clauſulis apponi ſolitis, ſubintelligendis, accipiendum de illis ex quibus contractus vires accipit, repetit, & ſe remittit *q.* 11. *num.* 2072. *& ſeq.* Aliam rationem ſubiungit *Griuel. deciſ.* 90. *nu.* 18. quòd tituli *ff. & Cod. in quib. cauſ. pign. & hypothec.* contrahitur ſeruirent de nihilo.

Certè quo ad obligationem Chyrographariam hæc vltima ſententia videtur re-
84 cipienda; quia per Chyrographum valeat conſtitui hypotheca, ſi id fuerit expreſſum, *Genu. de ſcript. priu. lib.* 1. *concl.* 3. *nu* 2. *pag. n. ibi* 65. accedit *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 8.
85 *nu.* 3193. expreſſum autem poteſt dici id, quod per relationem ad aliud poteſt intelligi, *Oſaſc. deciſ.* 129. *nu.* 13. *Gait. de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *nu.* 998. *& ſeq.*

86 Hypotheca pro annuis legatis non cadit ſuper bonis teſtatoris, quia illa debent prȩſtari de fructibus, & ei natura legati reſiſtit *Surd. deciſ.* 28. ei accedit *Gratian. diſcept. forenſ. cap* 294. *num.* 8. *Cyriac. controuerſ. forenſ.* 18. *per totam. Manent. deciſ.* 48. *n.* 8. *& ſeq.* Hanc reſolutionem conſideratione dignam reputat *Chriſtofor. Mart. Medic. exam.* 23. *nu.* 50. *in fine.* quia dubitat de illius veritate. Antedicta erunt intelligenda, quatenus eſſet agendum principaliter ad rem aliquam, cuius fructus acceſſoriè veniunt reſtituendi, ſecus ſi principaliter ageretur ad ipſos fructus: quaſi tunc illa annua prȩſtatio ſit ſors principalis, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 206. *nu.* 18. *& ſeq.*

Magna eſt contentio inter Doctores à quo tempore incipiat hypotheca pro legatis conditionalibus, an à die diſpoſitionis ipſius, an verò purificatæ conditionis; ex reſolutione ſiquidem non contemnendus reſultat effectus. Si etenim ab initio oritur hypotheca alienationes medio tempore factæ per hæredem non præiudicabunt iuri hypothecæ legatarij, vt vice verſa præiudicabunt, ſi erit habenda ratio tantummodo temporis purificatæ conditionis, vt ab eo tempore haberi rationem concludit *Morot. conſ.* 37. *num.* 7. ſequitur *Manent. deciſ.* 48. *num.* 10. Porro qui teuuerunt inſpici debere tempus purificatæ conditionis, mouentur eo fundamento, quòd in legatis non trahitur retro conditio, vt inſinuant *Neguſant. de pignoribus p.* 5. *m.* 2. *nu.* 10. *verſ. ſed licet, Ancharan. lib.* 1. *q.* 3. *nu.* 5. Nec non alij commemorati per *Fuſar. de ſubſtitut. q.* 612. *nu.* 1. quibus accedit *Marta conſ.* 48. *nu.* 11. *et ſeq.* At qui contrarium tenuerunt non ſunt innixi fictioni retrotractionis, ſed naturæ ipſius diſpoſitionis, cui ab initio per legem eſt tributa hæc prȩrogatiua, vt habeat obligata bona hæredis, quemadmodum latè probat *Fuſar. conſ.* 52. *nu.* 37. *& ſeq.* qui eadem repetit in *tractat. de ſubſtitut. q.* 612. *ad quē remitto lectorem.* in eadem ſententia fuit *Alba conſ.* 133. *num.* 7.

SVMMAE.

Indicia plura quando coniunguntur nu. 1.
Plura imperfecta non poſſunt vnum perfectum conſtituere nu. 2.
Indicia non poſſunt dici quæ non ſunt in eſſe deducta nu. 3.
Singula quæ non proſunt, multa iuuant ad inferendum torturam nu. 4.
Non inducunt plenam probationem nu. 5.
Singula quæ non iuuant iuncta proſunt in ciuilibus nu. 6.
Sed in criminalibus aliarum coniecturarum requiritur concurſus nu. 7.
Plura indicia tendentia ad integrandum vnum totum coniunguntur nu. 8.
Declara nu. 9.
Inditia plura imperfecta ſimul iuncta ſufficiunt ad torturam nu. 10.
Bona fama purgat omnia indicia nu. 11.
Etiam ſi probata ſit in genere nu. 12.
Impedit illationem tortura nu. 13.
Nominatio plurium ſociorum criminis quid faciat nu. 14.
Mendacium facit indicium ad delictum nu. 15.

Ex

Ex mendacio arguitur dolus nu.16.
Mēdacium facit indicium quando versatur circa ipsum factum nu.17.
Respiciens circonstantias non attenditur nu.18.
Quæ non sunt apta nocere non releuant nu.19.
Mendacium est probandum duobus testibus nu.20.
Fuga præbet præsumptionem delicti num.21.
Declara nu.22.
Fuga ad effugiendam capturam non facit indicium nu.23.
Licet redimere proprium sanguinem num.24.
Comparitio post fugam purgat indicium nu.25.
Fuga iuncta fama publica facit indicium ad torturam nu.26.
Fuga præcedens accusationem est maioris efficaciæ nu.27.
Indicia indubitata quando sufficiant ad condemnandum nu.28.
Indicia quæ dicantur indubitata nu.29.
Sanguinis effusio quale indicium nu.30.
An sit sufficiens ad torturam nu.31.
Assertio vulnerati cuius efficaciæ nu.32.
Aperit viam Iudici ad inquirendum nu.33.
Declara nu.34.
Habet virtutem excusandi à calumnia nu.35.
Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam nu.36.
Leuis non est in consideratione nu.37.
Non salutare est argumentum leuis inimicitia nu.38.
Inimicitiarum pluralitas reddit dubium Iudicis animum nu.39.
Inimicitia facit indicium generale num.40.
Non sufficit ad inferendam torturam nu.41.
Declara nu.42.
Si non constat de inimicitia excluditur nu.43.

INDICIA.

CAP. XI.

INdicia plura remota, hoc est 1
tangētia circonstantias delicti, secundum *Osasc.decis.79.nu.15.Bec.cons.67.num.10. Farinac.q.36.num.47.* talia iniquam indicia, coniunguntur ad plenam probationem faciendam, quādo singula in suo genere sunt probata, *Paris.cons.15.nu.38.vol.2.* nimirum per duos testes *Bartol.ad l.final.nu.7.ff.de quæstion. Clar.§.final.q.22.Viui.decis.282.nu.19.Caball.resolut.criminal.cas.200.nu.129.Farinac.cons.193.num.27.* & magis communiter hoc tenent DD. vt testatur *Honded.cons.98.num.29.ad finem vol.2. Zuccar.decis.crimin.8.nu.24.Adrian.Negusant.q.269.nu.25.* plura enim imperfe- 2
cta non possunt vnum perfectum constituere, *Idem Negusant.q.225.nu.19.* & non
possunt dici indicia, quæ non sunt in esse 3
deducta, *Laurent.decis.Auenion.93.n.10.* Et quamuis dicatur plura indicia non plenè probata constituere plures præsumptiones, eo quia quando singula non iuuant,
multa prosint, id erit intelligendum quo 4
ad inferendam torturam, & non quo ad condemnandum, *Gram.decis.34.num.35.& cons.3.num.6.Eugen.cons.17.num.11.*
Bertaz.cons.386.nu.11. quoniam non in- 5
ducunt plenam probationem, *Alex.cons.37.nu.fin.lib.1.* Cæterum dixerunt aliqui
propositionem antedictam, quòd vbi sin- 6
gula non prosunt, simul iuncta iuuant, procedere in ciuilibus, & non in criminalibus, in quibus agitur de vita hominis, sic *Marsil.cons.20.nu.48.Honded.cons.102.nu.82.*
vol.1. Quòd si volumus illam admittere, 7
adhibebimus temperamentum, quod placuit *Peguer.decis.17.nu.51.& seq.* quòd singulæ probationes debent esse in suo genere perfectæ, vel saltem singulæ semiplenæ; nam tunc concurrentibus alijs indicijs, seu coniecturis, dictæ probationes coniungi possunt ad faciendam plenam probationē.

Illud obseruandum, quòd si plura sint in-
dicia tendentia ad integrandum vnum to-
8 tum, etiam quod sint imperfecta coniun-
guntur, *Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 13. nu.
49. Alba cons. 2. nu. 15. & seq.* exemplificat
in diuersis indicijs tendentibus ad proban-
dam mortem ex veneno, quòd maritus tra-
ctasset de alia vxore, antequam iam defun-
ctæ cadauer traditum esset sepulturę; quòd
risisset post illius mortem; quòd mors at-
tulerit lucrum dotis, quòd actum fuerit de
impetranda attestatione à Medicis, quod
asportatæ essent nonnullæ res è domo: ne-
dum autem debent tendere ad eumdem
9 finem, sed debent habere caussas inter se
colligatas secundum *Farinac. cons. 30. n. 7.*
exempli gratia si testis vnus dicat se vidis-
se Titium percutere Seium mortuum cum
ense; alius vidisse illum in loco parum di-
stante à loco homicidij, cum ense euagi-
nato, alius vidisse eumdem Titium aufu-
gere, cum ista indicia tendant ad eumdem
rei finem, & sint commissibilia, & vnum
inferat in aliud ad homicidium commis-
sum per Titium in personam Seij, quamuis
sint probata per testes singulares, & sic im-
perfecta, coniunguntur ad plenum indi-
cium ad torturam contra Titium, *Guaz.
defens. 30. cap. 32. vers. Alij autem.*
10 Coniunctio igitur indiciorum erit suf-
ficiens ad subijciendum reum torturæ,
Giurba cons. 87. nu. 29. & seq.
11 Bona fama probata purgat omnia indi-
cia *Paris. cons. 150. num. 13. vol. 4. Marsil.
cons. 109. nu. 27. Eugen. cons. 98. nu. 49. 53.
& 55. Adrian. Negusant. q. 252. num. 18.*
12 quod procedit etiam quod esset probata
in genere, *Mars. cons. 128. num. 32. Gram.
vo:o. 3. nu. 27. cons. 38. nu. 17. Negusant. d.
q. 252. nu. 19. 225. nu. 33. et seq.* qua pro-
13 batione stante non poterit torqueri reus,
Paris. cons. 171. nu. 23. & seq. vol. 4.
14 Nominatio quæ fit à pluribus socijs cri-
minis reputatur maioris efficaciæ, quia
procedit ex ore plurium: adeo vt existi-
mauerint aliqui præbere sufficiens indiciũ
ad infligendum torturam, & refert casum
Boer. decis. 319. nu. 5. in fine. in quo Curia
Parisiensis mandauit torqueri eum, qui à
duobus testibus corruptis fuerat nomina-
tus: alio verò Arresto fuit quis condem-
natus in pœnam extraordinariam, licet
tortus nihil dixisset, legitur apud *Papon.
lib. 22. tit. 13. art. 3. Boss. in tit. de indicijs nu.
159.* Idem obseruat quo ad torturam,
quamuis dicat tales non debere de iure
admitti propter priurium, *Clar. §. fin. q. 21.
nu. 11.* alios recenset *Farinac. q. 43. num. 38.*
& mouetur eo argumento *nu. 42.* quòd si
dictum vnius ex Socijs iunctum cum mala
fama nominati est sufficiens indicium
ad torturam, multo magis id erit dicendũ
de nominatione facta à duobus socijs: sed
Blanchus ab eodem citatus *nu. 39.* diceret
diuersam militare rationem inter hos duos
casus: quia in nõminato malæ famæ con-
siderantur duo indicia distincta, in nomi-
nato verò à pluribus vnicum tantum indi-
cium habemus.
Delicti præsumptio oritur ex menda- 15
cio, *Gram. cons. 30. nu. 8.* nam ex eo argui- 16
tur dolus, *Felic. alleg. 9. num. 12. & seq. p. 1.
Muta decis. 40. nu. 24. Caball. resolut. crimi-
nal. cas. 288. nu. 55.* Debebit tamen versa- 17
ri circa factum ipsum, *Farinac. cons. 40. nu.
95. Bertaz. cons. 60. num. 11.* nec non circa
substantialia *Felic. allegat. 162. num. 9. p. 2.
Cyriac. contr. 150. nu. 72.* nam mendacium 18
respiciens circonstantias non attenditur,
*Natta cons. 42. nu. 4. Osasc. decis. 79. nu. 17.
Honded. cons. 93. nu. 62. vol. 2. Adrian. Ne-
gusant. q. 223. nu. 15. & q. 285. n. 38. Caball.
resolut. criminal. cas. 200. nu. 135.* Debent
etiam esse talia mendacia, vt inferant ad
delictum, & noceant confitenti, alioqui si
non sint apta nocere non releuant, *Bertaz.* 19
*cons. 59. nu. 7. 150. nu. 6. Honded. cons. 106.
nu. 76. vol. 1. 93. nu. 69 vol. 2. Farinac. q. 52.
nu. 14. 127. nu. 9. 192. nu. 21. Cyriac. contr.
150. nu. 73.*
Debebit autem probari duobus testi- 20
bus contestibus, *Eugen. cons. 98. nu. 5. lib. 1.
Farinac. cons. 192. n. 21.* potissimum quan-
do est circa remota, *Bertaz. cons. 60. nu. 8.
Cyriac. contr. 150. nu. 72.*
Fuga præbet præsumptionem delicti, 21
Giurb.

22 *Giurb. conſ.43. num.25.* Si tamen iuſta ex
cauſa illa cauſetur ceſſabit præſumptio de-
licti: vnde ſi quis metu Iudicis fugiat, ti-
mens ne ipſe ſæuiat, aut quid iniuſtum in
eum committat, excuſatur à fuga *Giurb.*
23 *conſ.66. num. 3,* ſi quis audiuerit capturam
contra ſe ordinatam, & fugerit, talis fuga
nõ facit aliquod indiciũ, *Menoch. conſ.94.*
24 *nu.36. & ſeq.* quia cuilibet licitum eſt redi-
mere ſanguinem ſuum *Peguer. deciſ.17. nu.*
25 *32.* Si tamen poſtmodum citatus compa-
reat, *Bartol. ad l. Quis ſit fugitiuus. 17. §. 1.*
de ædilitio edicto. lib. 21. P. tit. 1. Varios ca-
ſus diſtinguit *Menoch. lib. 1. præſ. 89. nu. 36.*
& ſeq. ad diſcernendum varietatem indi-
ciorum, quę ex ea reſultant, Illud eſt recep-
tum, quod ſi agatur de delicto non capita-
26 li, & cum fuga concurrat fama publica, in-
de capiemus indicium ſufficiens ad tor-
quendum *Myſing. obſer. 98. nu. 3. obſer. 6.*
eſto quòd præceſſerit accuſatio, quando
enim vltra fugam, alia indicia, & ſuſpicio-
nes vrgent contra fugientem, tunc fuga
facit indicium *Bed. conſ. 70. nu. 24.* non ne-
27 gauerim tamen fugam præcedentem ac-
cuſationem eſſe maioris momenti, *A. Fab.*
ſui Cod. lib. 9. tit. 21. defen. 20.

28 Ex indicijs indubitatis poteſt deueniri
ad condemnationem in pœnam ordina-
riam, quando delictum eſt occultum, &
difficilis probationis tenet, *Oſaſc. deciſ. 79.*
num. 55. ad finem, Bertaz. conſ. 83. num. 24.
multos alios commemorat *Seſe deciſ. 111.*
nu. 10.

29 Porro indubitata indicia dicuntur, quæ
taliter Iudicis mentem arctant, vt cogatur
pœnitus credere rem ita eſſe, *Giurb. conſ.*
11. nu. 3. Hunc articulum latè diſcutit *Eu-*
gen. conſ. 38. nu. 24. & ſeq. lib. 2. & conclu-
dit requiri coniecturas à lege approbatas,
& doctrinæ antedictæ non eſſe locum, vbi
foret ingerenda pœna mortis.

30 Sanguinis effuſio à cadauere in conſpe-
ctu homicidæ, & alia indicia ſupernatura-
lia deſeruire notat *Seſe deciſ. 111. num. 22.*
& ſeq. vbi multos citat, quibus adiungi po-
teſt *Farinac. q. 52. nu. 155.* & huiuſmodi in-
dicium nequaquam ſpernunt *Pariſ. de Pu-*
teo de ſyndic. verbo Tortus. cap. 3. num. 29.
verſ. ſi occiſus. Boſſ. in titul. de indicijs. nu. 73.
Menoch. de arbitrar. caſ. 270. n. 16. Teſaur.
deciſ. 173. nu. 6.

Controuerſia videtur reſidere circa il- 31
lius efficaciam, num ſit ita validum, vt per
ſe ſolum ſufficiat ad torturam, & ſubiun-
git *Farinac. nu. 156.* deſiderari circonſtan-
tiam aliorum indiciorum.

Aſſertio vulnerati in articulo mortis cõ- 32
ſtituti non facit indicium ad torturam, *Ro-*
land. conſ. 37. vol. 3. Vulpell. conſ. 72. num. 1.
Clar. §. fin. q. 21. num. 17. ex tali enim dicto
oritur leuis præſumptio, quę non erit etiam
ſufficiens ad formandam inquiſitionem,
vt contra Boſſium tenere nonnullos affir-
mat *Roland. d. conſ. 37. num. 20.* ſed ſolum
aperit viam Iudici ad inquirendum, & ad 33
capturam decernendam *Peguer. deciſ. 17.*
nu. 5. & ſeq. Si tamen alia concurrent ad- 34
minicula ſecus eſſet dicendum, vt apud
Mutam deciſ. 16. nu. 2. Vulpell. conſ. 118. nu.
16. Menoch. conſ. 788. nu. 20. Habet inſu- 35
per virtutem excuſandi à calumnia accu-
ſantem ex neceſſitate, nõ autem ex volon-
tate, *Gram. conſ. 42. nu. 7.*

Inimicitia capitalis in delictis occultis 36
facit indicium ad torturam, *Hector. Felic.*
allegat. 46. nu. 80. Leuis enim non eſſet in 37
conſideratione, *Gram. deciſ. 28. nu. 5.* mul-
tos cumulat *Farinac. q. 49. nu. 101. Honded.*
conſ. 107. nu. 40. vol. 1. et conſ. 87. nu. 50. &
96. vol. 2. & ideo quòd aliqui ſe ad inuicem 38
non ſalutarent, non deberet capi argumẽ-
tum vulneris illati, *Farinac. conſ. 127. n. 26.*
quia non poſſit ob id reputari inimicitia ca-
pitalis, repetit *conſ. 138. nu. 8. 193. num. 44.*
Vis autem talis indicij euaneſcit, ſi appa- 39
reret de pluribus inimicitijs, nam dubius
redditur Iudicis animus, *Borrell. conſ. 45.*
nu. 40. Theſaur. deciſ. 24. num. 70. Farinac.
conſ. 192. nu. 27. proinde *Clar. §. fin. q. 21.*
n. 30. in fine, vim indicij reponit in eo, quod
ille ſolus, qui accuſatur aſſeratur inimicus.
Hoc autem indicium per ſe ſolum eſt val- 40
dè generale, & remotum, *Natta conſ. 499.*
nu. 6. & non eſſe ſufficiens, vt deueniatur 41
ad torturam ſcribit *Vulpell. conſ. 5. num. 4.*

*Thesaur.decis.*24.*nu.*7. adducens testantes de communi, & multi recensentur per *Farinac.* q.49. *nu.*102. *Honded.cons.*106. *nu.* 73.*vol.*1. à qua opinione non esse recedendum dicit *Menoch.lib.*1.*q.*89.*de præsumpt. Riminald.Iun.cons.*302.*nu.*9.*vol.*3.*Peguer. decis.*17.*nu.*8. *Fachin.controuers.iur. lib.*9. *cap.*82. quicquid dicant alij nimium tribuẽtes inimicitię, *Grat. cons.*136. *nu.* 24. *lib.*1. & certè *Magon. decis. Lucens.*39. *num.*14.
42 desiderat alia adminicula, nisi tamen versaremur in delictis occultis, vt initio præmisimus, neq; recipienda sit concordia, quam proponit *Gomez. variar. resolut. to.* 3. *cap.* 13. *nu.* 11. quandoquidem DD. requirentes concursum aliorum adminiculorum, loquuntur de inimicitia graui, & capitali, cum leuis nulla habeatur ratio, vt
43 mox admonui, Equidem arbitrarer ad excludendam præsumptionem mandati satis fore negare aliquam intercesisse inimicitiam inter offensum, & imputatum de mandato, iuxta obseruationem *Baldi in cons.*98. *nu.*7. *lib.*1.

SVMMAE.

*Actus interpretandus quatenus dubius n.*1.
*Interpretatio adhibetur quando cadit probabile dubium nu.*2.
*Vbi verba sunt clara nullum locum habet interpretatio nu.*3.
Sententia clara non indiget interpretatione nu. 4.
Dispositionem claram qui vult interpretari illam potius euertit nu. 5.
*Et nouam dispositionem introducere videtur nu.*6.
Interpretatio quando reputetur calumniosa nu. 7.
Statuti verba si sint clara, non recurrimus ad voluntatem statuentium num. 8.
Concessionem Principis claram velle declarare est tollere ius quæsitum nu. 9.
Leges interpretari est Imperatoris proprium nu. 10.
*Eius est interpretari cuius est condere nu.*11.
*Priuilegij interpretatio cõuenit Principi n.*12.
Successor quando possit interpretari concessionem prædecessoris nu. 13.
Iudex quando possit interpretari priuilegiũ Principis nu. 14.
Quilibet disponens interpretatur suam dispositionem nu. 15.
Semel facta declaratione à disponente illi standum nu. 16.
*Interpretatio triplex nu.*17.
Interpretatio recedit à literali sermone nu. 18.
Dispositio quæ debet intelligi ad litteram, an admittat interpretationem nu. 19.
*Interpretatio bona non est reiecta nu.*20.
Interpretatio est spiritus scripturæ num. 21.
*Declara nu.*22.
Lex recipit interpretationem à regula iuris fundata in ratione nu. 23.
Interpretatio intellectiua nu. 24.
Interpretatio rationabilis admittitur in contractibus nu. 25.
Stricta interpretatio facienda in dispositione, quæ sit intelligenda ad litteram nu. 26.
Quando materia exorbitat à iure communi nu. 27.
Quando materia est alteri præiudicialis nu. 28.
Interpretandi norma nu. 29.
Verborum consideratio non est melior sensu nu. 30.
Mentalis interpretatio semper admittenda nu. 31.
Plus dictum quàm scriptum nu. 32.
*Disponens si fuisset interrogatus, quãdo censeatur responsurũ, se de eo fuisse dispositurum nu.*33.
*Interpretatio ad euitandum absurdum n.*34.
*Ducta à verosimili nu.*35.
Interpretatio consentanea legi est verosimilis nu. 36.
Semper admittitur nu. 37.
Præsertim si sit passiua nu. 38.
Interpretatio per quam vtriq; parti remanet consultum nu. 39.
Interpretatio minus præiudicialis capienda nu. 40.
Claudicatio contractus non est admittenda num. 41.

Inter-

INTERPRETATIO.

CAP. XII.

Nterpretationis in nostra hac professione non spernenda est virtus, vt operæ pretium sit, exactius illius materiam enucleare.

1 Dum interpretationis vim ob occulos proponere contendimus, præsupponimus actum interpretandum esse dubium, vt in his terminis loquitur *Menoch.cons.*148.*nu.*36.156.*nu.*38.*Surd.cons.* 99.*nu.*26. 224.*nu.*7. *Gratian. disceptat. forens.cap.*927.*nu.*22.*Scipio Theodor.allegat.* 6.*nu.*21. tunc enim habet locum interpre- 2 tatio, quando cadit probabile dubium iuris,

iuris, aut facti, *Natta conſ.* 318. *nu.* 1. vbi
3 enim verba ſunt clara, & ſenſus eſt manife-
ſtus tunc nulla cadit interpretatio, *l. ſi quis filium.* 3. *de liber. præterit. lib.* 6. *Cod. tit.* 28. *Marius Salomon. l. Gallus §. ſi eius qui ff. de liber. & poſthum. Reper. vol.* 3. *fo.* 309. *nu.* 9. *Iaſon. conſ.* 18. *num.* 5. *vol.* 1. quod repetit *conſ.* 51. *nu.* 6. 52. *nu.* 2. 98. *nu.* 11. de ſententia
4 differens, cuius verba ſint clara, *Surd. conſ.* 99. *nu.* 26. 476. *nu.* 7. & iterum *conſ.* 566. *nu.* 8. vbi nominatim loquitur de ſententia, *Rota apud Farinac. deciſ.* 126. *nu.* 3. *p.* 2. *in recentior.* 216. *num.* 4. *Giurb. conſ.* 60. *num.* 30. *Adrian. Neguſant. q.* 200. *nu.* 34. qui enim
5 vellet interpretari diſpoſitionem claram, potius videretur cogitare de euertenda ipſa diſpoſitione, *Valenz. d. conſ.* 63. *nu.* 197. & de
6 noua diſpoſitione introducenda, *Cyriac. controuerſ.* 210. *nu.* 30. & in tali caſu inter-
7 pretatio quælibet reputabitur calumnioſa *Curt. ſen. conſ.* 27. *Gall. conſ.* 100. *nu.* 31. 122. *nu.* 69. in caſſum enim recurrimus ad coniecturas, quando verſamur in claris, Idem *Gall. conſ.* 25. *nu.* 126. *Iacobus Gall. conſ.* 12. *nu.* 32. *Gratian diſceptat. forenſ. cap.* 481. *nu.*
8 41. Quare vbi verba ſtatuti ſunt clara, non recurrimus ad voluntatem ſtatuentiũ, *Curt. ſen. conſ.* 78. *nu.* 1. *Rol. conſ* 62. *num.* 23. *vol.* 3.
9 Et ſi conceſſio Principis eſt clara nõ recurrimus ad ipſius declarationẽ, id enim nihil aliud præſeferret, quam quamdam ablationem iuris quæſiti, *Dec. conſ.* 51. *nu.* 3. Præcipua quæ ſe offert conſideratio in hac materia, verſatur circa perſonam interpretis; ſi etenim agitur de interpretanda lege ad ipſummet conditorem recurrendum: quan-
10 do enim in legibus quid latum fortaſſis obſcurius reperitur oportet id ab Imperatoria interpretatione patefieri, *l. leges.* 9. *de legib. lib.* 1. *Cod. tit.* 14. quis enim legum ænigmata ſoluere, & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is cui ſoli legislatorem eſſe conceſſum eſt. *l. fin. tit. eo.* cum inde procedere debeat interpretatio, vnde ius prodit, *cap. Inter alia* 31. *de ſentent. excom. lib.* 5. *D. tit.* 39. vnde natum eſt illud axioma,
11 eius eſt interpretari, cuius eſt condere, de quo *Bald. l.* 1. *nu.* 19. *ff. de conſtitut. Princip.* *Alex. conſ.* 216. *nu.* 13. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 160. *nu.* 47. 317. *nu.* 11. 722. *nu.* 64. *Seraphin. deciſ.* 892. *nu.* 3. *Giurb. conſ.* 19. *num.* 56. *Surd. conſ.* 558. *num.* 6. quo fit vt *Menoch. conſ.* 3. *num.* 22. affirmauerit Baldi traditioni eſſe adhærendum circa interpretationem ſtatutorum Papiæ, quorum ipſe fuit compilator 12
eadem ratione dicimus interpretationem priuilegij non alij magis conuenire quàm Principi concedenti, vel eius ſucceſſori etenim beneficia principalia ipſi Principes ſolent interpretari *l. ex toto.* 43. *de vulg. & pupil. lib.* 28. *P. tit.* 6. *Cyriac. contr.* 141. *num.* 48. Dum igitur dubitaretur num ſaluus cõductus extenderetur vltra primam vicem, concludit *Menoch. conſ.* 244. *nu.* 17. ſtandũ eſſe declarationi ipſiuſmet concedentis, 13
quod verò dixi de ſucceſſore procedit in conceſſione quæ contineat donationem, & beneficium Principis, *Ruin. conſ.* 38. *num.* 8. *verſ. ſed tamen vol.* 1. Non tamen ſemper de- 14
bemus, aut poſſumus recurrere ad Principem qui interpretur priuilegium ab eo conceſſum: quid enim ſi verba ſint parum dubia, quæ ſecundum communes doctrinas redduntur clara, vel copia Principis haberi facilè non poteſt? tunc etiam Iudex ordinatius illa interpretatur, *Gabr. conſ.* 182. *nu.* 16. *vol.* 2.

Cæterum quod diximus de habenda in- 15
terpretatione ab ipſo cõditore, habebit locum in quolibet diſponente, ad eum enim in primis recurrendum: *Franciſ. Hieronym. Leo deciſ.* 147. *nu.* 16. ſemel autem facta de- 16
claratione à diſponente illi erit ſtandum, *Surd. conſ.* 383. *nu.* 18. poſthabitis declarationibus à lege inductis, *Io. Baptiſta Larrea deciſ. Granat.* 33. *nu.* 31. Aduertendum ta- 17
men triplicem dari interpretationem; vnam generalem, & neceſſariam, & hanc ipſam ſolum Principem facere poſſe: ſecundam, & ſi neceſſariam, eſſe tamen particularem, quam facit Iudex ferendo ſententiam de ſimilibus ad ſimilia: terriam demum probabilem, ſed non neceſſariam, & hanc faciunt DD. ita ratiocinatur *Menoch. conſ.* 684. *nu.* 24. Porro qui prouinciam interpretandi aſſumet ad multa reſpicere debebit; tàm vniuer-

uersalia, quàm particularia, ad hoc vt possit
verum sensum inuestigare.
18 Illud certum est, quòd omnis interpreta-
tio recedit à litterali sermone, secundum
Cancer. variar. resolut. p. 1. cap. 8. num. 227.
19 & ob id considerandum primo loco num sit
aliqua lege, vel constitutione cautum, quòd
interpretatio reijciatur, quia tunc intrat pro-
babile dubium, an sit locus alicui interpre-
tationi, negaret *Menoch. cons. 215. num. 18.*
sed affirmaret *Cyriac. contr. 478. nu. 43.* Ego
existimarem non esse admittendam extra-
neam interpretationem *Gratian. disceptat.*
forens. cap. 305. nu. 14. de qua credendum
est sensisse *Cancer. var. resolut. p. 1. cap. 5.*
nu. 58. dum dixit sensum per interpretatio-
nem inductum esse improprium: sed bonã,
& rationabilem non esse reiectam, conten-
20 do, *Ruin. cons. 3. num. 10. vol. 5. cons. 50.*
nu. 11. lib. 1. Alba cons. 771. nu. 24. Socin.
Iun. cons. 1. nu. 141. vol. 1. Menoch. cons.
11. nu. 19. cons. 132. nu. 26. & cons. 1039.
num. 12. Marescott. variar. resolut. lib. 2.
cap. 80. nu. 13. Cyriac. contr. 174. num. 38.
Seraphin. decis. 496. n. 12. Gratian. disceptat.
21 *forens. cap. 709. num. 8.* Interpretatio enim
est spiritus scripturæ, & ei de necessitate
inest, *Surd. cons. 550. nu. 11. Raud. variar.*
22 *resolut. cap. 73. nu. 20.* quando ducitur à ve-
rosimili, & rei natura *Adrian. Negusant. q.*
488. nu. 14. nec non quando fit per punctũ
rationis *Eugen. cons. 21. nu. 14. lib. 2. Man-*
tic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 14.
23 *num. 8.* quantumcunq; enim lex loquatur
præcise, debet recipere interpretationem à
regula iuris fundata in ratione naturali *Ma-*
rius Salomon. l. omnes populi nu. 2. ff. de iustit.
24 *& iur. Repet. vol. 1. fo. 144.* siquidem tunc
interpretatio dicitur intellectiua, & non ex-
tensiua *Eugen. cons. 37. nu. 63. lib. 2.* Inter-
pretatio pariter quæ ducitur à simili non est
reiecta quia dicitur intrinseca. *Mazenta in-*
ter consilia Alba, cons. 779. nu. 2. Quare ra-
tionabilis interpretatio, exclusa cortice ver-
borum est amplectenda, *Menoch. cons. 8.*
25 *nu. 14.* etiam in contractibus, non obstante
statuto sanciente, quòd verba contrahentiũ
intelligantur præcisè ad litteram, *Cyriac.*
contr. 478. nu. 43. quod idem esse obseruan-
dum in sententia interpretanda admonet
Alba cons. 217. nu. 14. Porro diximus bo-
nam, & rationabilem rationem non esse re-
iectam, quia neq; etiam reijci posset: si ete-
nim est necessaria, sequitur quòd eius con-
traria dispositio est impossibilis, *Alba cons.*
771. nu. 33. Bald. l. 2. §. His legib. ff. de origi-
ne iur. Illud non est prætermittendum ali-
quam esse constituendam differentiam, in-
ter statutum reijciens interpretationem, &
statutum vlterius disponens, quod debeat
intelligi ad litterã, & prout iacet: isto enim
casu existimat *Socin. Iun. cons. 16. nu. 5. vol.*
1. debere cessare interpretationem ratio-
nabilem, sequitur *Rol. cons. 63. nu. 37. vol. 3.*
& prius *cons. 51. nu. 23. & 24.* Cæterum isto
casu non est spernenda declaratio quæ le-
gitur apud eundem *Roland. cons. 34. nu. 50.*
vol. 4. Interpretationem necessariam, & nõ
persuasiuam admitti, licet oculis corporeis
non legatur.
Habere quoq; debebit præ oculis, num
strictè vel ample facienda sit interpretatio:
si etenim dispositio ad litteram est intelli- 26
genda strictior adhibetur interpretatio,
Menoch. cons. 86. nu. 38. vt etiam quando 27
dispositio exorbitat à iure communi, *Gra-*
tian. disceptat. forens. cap. 544. nu. 45. vel
agitur de materia alteri præiudiciali, *La-* 28
derch. cons. 87. num. 6. Gratian. disceptat. fo-
rens. cap. 530. num. 48. Demum scire debet 29
quis normam interpretandi primo loco su-
mendam esse à mente disponentis, secundo
à verosimili, tertio à proprietate verborum
secundum *Alex. cons. 179. nu. 13. lib. 5. Alba*
cons. 119. nu. 43. lib. 1. Cyriac. contr. 174. nu.
23. Anton. Monach. decis. Flor. 16. nu. 11.
Posita autem fuit vltimo loco consideratio 30
verborum, quia nõ debet tanta esse, vt me-
lior sensus existat, *l. si quis. 3. de liber. præte-*
rit. lib. 6. Cod. tit. 28. Lancelot. Galiaul. su-
pra l. Centurio. nu. 185. ff. de vulg. et pupill.
Repet. vol. 3. fo. 404. Socin. Iun. cons. 141.
nu. 5. vol. 2. mentalem autem interpretatio- 31
nem semper admittendam esse tradit *Gabr.*
cons. 19. nu. 4. vol. 2. Surd. cons. 507. nu. 6. Io.
Baptista Larrea decis. 54. num. 15. Et tunc
supple-

supplemus id, quod ad perficiendam orationem deesse videbatur, vt plus dictum,
32 quàm scriptum esse dicamus, *Cancer. variar. resolut. p. 1. cap. 1. nu. 170.* vt credibi-
33 le sit, quòd si de eo fuisset interrogatus disponens illud disposuisset, *Gall. cons. 118. nu. 30. Camill. de Laratha cons. 6. num. 7.* Inter multa autem quæ mentalem arguunt, con-
34 sideratio absurdi vitandi non vltimum tenet locum: nam tunc dicemus interpretatione respondere menti disponentis *Gabr. cons. 15. nu. 9. vol. 2.*
35 Verosimilitudinis virtutem circa interpretationem adhibendam considerarunt *Menoch cons. 623. nu. 3. Surd. cons. 3. nu. 22. Gratian. disceptat. forens. cap. 468. num. 46. Adrian. Negusant. q. 490. nu. 19. Bald. in l. si de interpretatione 37. ff. de legib. & Senat. cons.* ponit exemplum in statuto Perusino quo cauetur, quòd si ex percussione sanguis exiuerit non valeat pax: modo impulit quis alium ad terram, qui collisit caput ad lapidem, & effudit sanguinem, pax valebit; quia is non percussit lapide, sed manu vacua, Efficit enim verisimilitudo vt credamus ita rem se habere; & ideo præstabimus fidem alteri ad proprium commodũ, licet alias ei non esset credendum, *Surd. cons. 290. num. 46.* & quando adsunt hinc inde testes numero impares præualebunt si verisimilia deposuerit, *Surd. cons. 303. nu. 40.* Et in omni negotio verisimilitudo sustinet probationem quæ alias non sufficeret, *Surd. cons. 489. nu. 9.*
Porro varia sunt argumenta quæ verisimilem reddunt interpretationem: potissi-
36 mum dicimus aliquam interpretationem esse verosimilem, quando est consentanea legi, *Menoch. cons. 37. nu. 116. cons. 80. nu. 38. 256. nu. 15. 279. nu. 11. & seq.* magis cumulatè *in tractat. de arbitrar. cas. 199.* &
37 ideo semper admittitur, *Menoch. cons. 5. nu. 27.* præsertim si sit passiua: *Gratian. di-*
38 *sceptat. forens. cap 305. nu. 14.* & illius virtus potissimum versatur cùm agimus de interpretanda mente testatoris, *Alex. in l. Hæredes mei. §. Cum ita. num. 15. ff. ad Sen. cons. Trebell.*

Dixi potissimum elucere virtutem verisimilitudinis dum interpretamur mentem testatoris, quia vltimæ volontates possunt ad libitum reuocari, *Gratian. disceptat. forens. cap. 98. nu. 17.* sed non exclusi illam quæ adhibetur in contractibus: nam in eis nõ est recedendum à verisimili mente contrahentium, quam ex qualitate rei, & alijs circonstantijs dignoscimus, *Alba cons. 289. nu. 9.* quinimo in eis non minus attenditur mens, quàm fiat in vltimis volontatibus, *Alba cons. 243. nu. 11.* & potius in eis inspicimus effectum quam verba *idem cons. 178. num. 13.* præualet enim id quod agebant contrahentes, & non id quod ineptè expresserunt, *Idem cons. 265. nu. 38.* Vnde si facta fuerit attestatio ad probandum modũ decidendi, quamuis in ea tegatur verbum stilatur, tamen rem ipsam considerando, & non verba, erit respondendum significari consuetudinem, & non stilum, *Alba cons. 342. nu. 4. & seq.* & ideo reputabimus locationem contractum in quo pensio respondet fructibus, licet contrahentes illum nominauerint emphyteusim, *Alba cons. 548. nu. 17. & cons. 134. nu. 1.* Pari ratione si expressa fuerit causa specialis ob quam fiat donatio, non desinet esse donatio ob causam, licet contrahentes dixerint facere illã purè, merè, simpliciter, *Alex. cons. 40. num. 14. lib. 4. Dec. ad l. si donatione 13. num 24. Cod. de collation. Bec. cons. 20. nu. 21. Surd. cons. 407. nu. 31. Cyriac. contr. 270. nu. 19.* etenim ad cognoscendam quidditatem cõtractus non attendimus verba, sed effectũ, *Cyriac. contr. 254. nu. 32.* Et quando dicitur talem probari contractum, qualem partes nominant, *Surd. cons. 523. nu. 28.* id verum est, si aliud nõ repugnat, *Cyriac. contr. 144. num. 44.* quia si substantia contractus non congrueret denominationi, illa, & non denominatio præ oculis habenda, *Surd. cons. 243. nu. 28. Menoch. cons. 845. nu. 13. Purpur. cons. 40. nu. 8. Curt. Iun. cons. 141. num. 15 Camil. de Laratha cons. 91. nu. 18.* Id tamen accipiendum, si in totum remouetur effectus illius contractus, quem indicant verba; vt in contractu emphyteutico sic

denominato, in quo pensio sit magna, non definit enim esse emphyteuticus quamuis in aliquo sit alterata eius natura, *Bec. cons. 35. nu. 12.*

Illud quoq; ante omnia considerandum,
39 num interpretatio sit talis, vt per eam vtriq; parti consultum sit, iusq; vtriusq; remaneat illæsum: tunc enim illam respicere nō valemus, *Surd. cons. 150. nu. 18. 383. num. 19. 389. nu. 18. 362. nu. 24. Menoch. cons. 494. nu. 23. 623. nu. 5. 1168. nu. 13. Valenz. cons. 78. nu. 35. Anton. Monach. decis. Flor. 1. nu. 85. Cancer. variar. resolut. p. 1. cap. 8. nu. 144.*
40 semper enim capienda illa interpretatio quæ est minus præiudicialis *Ludouis. decis.*
41 *311. nu. 8.* & ne sequatur claudicatio contractus, *Surd. cons. 460. nu. 2.*

42 Interpretatio exclusiua delicti omnino facienda, *Surd. cons. 132. nu. 55. 321. num. 29. 516. nu. 9. Laderch. cons. 181. num. 26. Mar. Antonin. lib. 1. resolut. 37. nu. 1. 102. nu. 14. Natta cons. 161. nu. 6.* quodcunq;
43 illud sit, etiam læsæ Maiestatis, *Surd. cons.*
44 *574. nu. 1.* item falsitas, *Surd. cons. 173. nu. 53. Menoch. cons. 221. nu. 41. 311. num. 20.*
45 etiam recedendo à proprietate verborum, *Menoch. cons. 221. nu. 55.* & vbi in totum
46 excludi nequeat, saltim quod grauius est excludatur *Laderch. cons. 194. nu. 2.* quoniam interpretatio sit semper facienda in
47 partem humaniorem *Gall. cons. 118. nu. 35. Ludouis. decis. 169 num. 11.* & intellectus
48 hominis debeat esse benignus, *Natta cons. 595. num. 2.* Vnde statutum dicens, quòd homicidæ habenti pacem, remittatur pœna personalis, illud idem erit intelligendum in mandante, & opem ferente *Bald. in l. omnes populi 9. nu. 83. ff. de iustit. & iur.* Statutum dicit non licere Aduocatis intrare palatium nisi die Veneris, si probatum fuerit intrasse tali mense, erit dicendum intrasse tempore licito, *Bald. in l. merito, 51. in noua addit. ff. pro socio. Bec. cons. 129. num. 93. Rot. decis. 102. num. 4. post tractatum Postij de manutenend. Valenz. cons. 128. num. 22. 162. num. 20.* præsertim
49 quando nō agitur de impunitate inducenda, sed de interpretanda mente imponentis nouam pœnam, *Seraphin. decis. 393. nu. 13.*

Interpretatio referenda ad casum neces- 50
sariū potius, quàm volontarium, *Menoch. cons. 61. nu. 19. Gratian. disceptat. forens. cap. 967. nu. 25.* ob id dicimus testatorem 51
maluisse prouidere in casu necessario, quàm in volontario, *Menoch. cons. 151. num. 25. 332. nu. 6.*

Inconstantia, & subita variatio in dispo- 52
nente numquam præsumenda, & ob id vitanda interpretatio quæ illam præsupponeret *Surd. cons. 160. nu. 7. 179. nu. 26. 445. nu. 34. Menoch. cons. 221. nu. 27. Gabr. cons. 92. nu. 7. vol. 2. Giouagnon. cons. 39. nu. 50. lib. 1. Marta cons. 87. nu. 3. & 6. 105. nu. 13. 125. nu. 30. 135. nu. 25. Christofor. Mart. Medic. decis. 10. nu. 11.* Hinc dicimus deposi- 53
tionem testis ita esse interpretandam, ne videatur sibi ipsi contrariari, *Menoch. cons. 927. nu. 19.* obseruatio antedicta vindicat sibi locum etiā, quòd deberet offendi pro- 54
prietas verborum, *Bec. cons. 201. num. 29.* Omnis dispositio normam assumit ab eo, quod sapiens quilibet fecisset, & ob id ita 55
illam interpretari debemus, ne quandoq; mereatur reprehendi à sapiente, *Rot. decis. 217. nu. 36. post tractatum Postij de manutenendo. Cancer. variar. resolut. p. 3. cap. 5. nu. 29. Surd. cons. 143. nu. 35. 182. num. 11. 203. num. 35. 321. nu. 29. de alim. tit. 9. q. 12. nu. 27. Menoch. cons. 68. nu. 22. 623. num. 4. 1064. nu. 17. Marta cons. 105. nu. 12.*

Obligationem non ita facile subeunt homines, & ad donandum non sunt admodum proni, & propterea in dubio facienda interpretatio contra donatarium, *Cancer.* 56
variar. resolut. p. 1. cap. 8. nu. 145. simile est quod dicitur, faciendam esse interpretatio- 57
nem fauore remittentis contra eum, qui se in remissione fundat, *Ludouis. decis. 311. nu. 11.* Ita dicimus amplectendam esse illam interpretationē, per quam renuntiatio eua- 58
dat minus præiudicialis renuntianti quàm fieri possit, *Surd. cons. 522. nu. 18.* est enim renuntiationis materia odiosa, & ob id cō- 59
tra illam facienda interpretatio, *Valenz. cons. 73. nu. 21. & seq.* In summa sit interpre- 60
tatio vt contineatur quod minus est, *Gall. cons.*

conſ.103.nu.100. *Menoch.conſ.* 256. *nu.* 14.
61 786.*nu.*6. *&* 23. dicimus proinde faciendã eſſe interpretationem contra ſtipulatorem, *Menoch. conſ.*32.*nu.*52. *Gratian. diſceptat. forenſ.cap.*675.*nu.*26.*& ſeq. Cyriac. contr.* 461. *num.* 20. Et hoc pacto conſulimus ei
62 qui certat quodammodo de damno vitando, *Menoch. conſ.* 144. *nu.* 10. *Cancer. variar. reſolut. p.* 1. *cap.*8.*nu.*148.

63 Interpretatio reducens ad ius antiquum eſt fauorabilis, & ob id præualere debet, *Surd.conſ.*242. *nu.* 11. *deciſ.* 272. *num.* 34. *de alim. tit.* 2.*q.*15.*nu.*193.*Gratian. diſcept. forenſ.cap.*544.*num.* 32. *Anton. Monach. deciſ. Lucenſ.*64.*nu.* 23.

64 In teſtamẽtis fit plenior interpretatio quo ad hæredis inſtitutionem, *Petrus Calæfatus l. Imperium num.* 86. *ff. de iuriſdic. omn. iudic. Repet. vol.* 1.*fo.*364.*Menoch.conſ.*210. *nu.* 37. *Gratian. diſceptat. forenſ.cap.*562. *nu.*50.666.*nu.*4.de legato aliud dicendum,
65 vt quanto minus fieri poteſt grauetur hæres, *Menoch. conſ.*235.*nu.*10. *Valenz. conſ.* 40.*nu.*47.69. *nu.* 34. *Adrian. Neguſant. q.* 190.*nu.* 102.*Chriſtof. Mart. Medic. deciſ.* 10. *nu.*32. licet *Surd.conſ.*319. *nu.* 19. con-
66 trarium ſenſerit, præſertim ſi legatum ſit factum perſonæ coniunctæ, Idem *Surd. conſ.*
67 471.*nu.*26.& hoc nomine legatum factum filiæ pro omni, & toto eo quod prætendere poſſit, eſſe latè interpretandum, & dici purum concludit *Giouagnon. conſ.*42.*nu.* 66. *lib.* 1. inde probat *Menoch. conſ.* 140.*num.*
68 11. *&* 12. legatum factum filio de rebus exiſtentibus in territorio comprehendere etiam res exiſtentes in Ciuitate. Ob ſupra-
69 dictam rationem fauentem hęredi, dicimus amplectendam eſſe interpretationem, quæ excludit fideicommiſſum, *Giouagnon. conſ.* 97.*nu.*7. *&* 46.

70 Addamus faciendam eſſe interpretationem contra fideicommiſſum, quia continet odium, *Alba conſ.* 262. *nu.* 16. *Ludouic. de Caſanat.conſ.*4.*num.*37.*conſ.*56.*num.* 30. &
71 quia res oneroſa, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.*731.*nu.* 6. *Surd.conſ.*350.*nu.*3. & ideo
72 in dubio pronuntiandum illud minimè ſubeſſe *Roland. conſ.*46.*nu.*3.56.*num.*35.36. *vol.* 3. *Grat. conſ.*68. *nu.* 8.*lib.*1.*Gabr.conſ.* 111. *nu.*16. *vol.* 1. *Natta conſ.* 200. *num.* 8. *Franciſ. Hieronym. Leo deciſ.*60.*nn.*22.*lib.* 1. *Cyriac. contr.*281.*nu.*45. 301. *nu.*9. 536. *nu.*30. *Caſanatæ conſ.*57.*nu.*46. Aut ſaltem 73
minuendum, *Cyriac.contr.*174.*nu.*47.

Ceſſat tamen iſta concluſio quando mi- 74
ſerabiles perſonæ agunt ad fideicommiſſum, notat *Io. Mar. Nouar. in tract. de priuileg.miſerabil.perſon. priuileg.*162.*num.*2. Pariter ceſſat iſta concluſio quando agitur de conſeruandis bonis in agnatione *Ibid. nu.*3. Diſtinctionem non ſpernendam facit 75
Scipio Theodor. in hac materia; interpretationem eſſe faciendam pro hærede vbi dubitatur, an res fuerit relicta; pro legatario verò quando ſine dubio res fuit relicta, *allegat.* 30.*nu.*20.

Strictius procedimus vbi agitur de lege 76
interpretanda *Laderch.conſ.* 24. *nu.* 24. aut etiam de interpretando contractu, *Surd.* 77
*conſ.*369. *nu.* 6. in tantum vt non admitta- 78
tur interpretatio extenſiua *Laderch. conſ.*9. *num.* 4. In contractibus ſiquidem quod eſt omiſſum habetur pro omiſſo, *Cyriac contr.* 378.*nu.* 17. 461. *nu.* 10.478. *nu.* 15.*& ſeq. Surd.conſ.* 572. *nu.* 52. & quod inſtrumentum non cantat, nec nos cantare debemus, *Alba conſ.* 250. *nu.* 22. quia in eis volontas debet eſſe expreſſa, nihilq; in eis inquiri debet præter id, quod ſcriptũ reperitur, *Surd. conſ.*518. *nu.*7. & in eis verborum ſenſui conſiſtendum *Gall. conſ.*25. *num.*77. quapropter in eis nõ fit extenſio de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, neq; à ſimilibus ad ſimilia, *Menocb.conſ.*32. *nu.* 51. niſi poſſet conijci contrahentem fuiſſe quoq; de illo diſpoſiturum ſi fuiſſet interrogatus *Dec. conſ.*555. *nu.* 9. neq; enim excluditur interpretatio, quæ colligitur ex mente contra- 79
hentium, *Gratian.diſceptat.forenſ.cap.*957. *num.* 58. & eo minus ſi contractus ſunt 80
fauorabiles, vt eſt ille dotis, *Cyriac. contr.* 81. *nu.* 31. nam fauore dotis fit plenior interpretatio.

Interpretatio facienda per quam nemini 81
tollatur ius quæſitum, etiam quòd proprietas verborum reſiſteret, & reſcriptum nihil

ope-

operaretur, *Gratian. disceptat. forens. cap. 580. num. 29.* in dubio enim pro conseruatione iuris, & non pro extinctione facienda interpretatio, *Cancer. variar. resolut. p. 1. cap. 8. nu.* 138. si tamen ageretur de ver-
82 bo ambiguo declarando, nō reijceretur interpretatio, quia præiudicium non attribueretur interpretationi, sed foret dicendum, expressionem fuisse factam ante ius quæsitum, *Surd. cons.* 288. *nu.* 29.
83 A regulis iuris non est recedendum dum interpretamur dispositionem *Cuiac. ad l. 59. de contrahend. empt. to. 2. pag. mihi 506. Gratian. disceptat. forens. cap. 942. nu. 27. Io. Baptistæ Larr. decis. 56. nu. 8.* id quod potissimum intelligimus de sanctione municipali *Cancer. variar. resolut. p. 3. cap. 6. nu.* 106. & iterum *cap. 16. nu.* 33. debemus
84 reducere ad ius commune quantum fieri potest *Bec. cons. 1. nu.* 21 & illam adhibere interpretationem per quam excludemus correctionem iuris communis si fieri potest *Surd. cons. 182. nu. 13. 245. nu. 9. Gall. cons. 37. nu. 22. Raud. variar. resolut. cap. 48. nu. 90. Cyriac. contr. 104. nu. 40. Menoch. cons. 98. num. 67. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 103. num. 18. Valenz. cons. 97. nu. 70.* & ad istud assequendum licebit statutum latè, & latissimè interpretari, & etiam impropriare *Alderan. Mascard. de generali statut. interp. concl. 4. num. 187.* Quare si statutum potest operari vnum, & duo contra ius commune, ea sumenda erit interpretatio, per quam vnum tantum, non duo contra ius commune operetur *Idem Mascard. concl. 12. num. 2.* Nulla enim cer-
85 tior, aut melior interpretatio esse potest ea, quæ à lege desumitur *Ladercb. cons. 24. nu. 29. Giouagnon. cons. 31. nu. 35.* colligens ita fore interpretandam legitimationem, vt appareat noluisse Comitem, succedere legitimatum cum legitimis.
86 Ab hoc principio deducit *Adrian. Negusant. q. num.* 33. in prohibitione de non alienando rem emphyteuticam minimè cōtineri melioramenta de quibus disposuit in vltima voluntate.
87 Est quoq; præcauendum ab interpretatione, ex qua posset resultare frustratio actus, Vnde si quando quis vxori suuæ ea, quæ viuus donauerat vulgari modo leget: non de alijs donationibus videri eum sentire ait Africanus, quàm de his, quæ iure valitutæ non sunt: alioquin, & frustra legaturus sit *l. si quando 109. de legat. 1.* notant *Menoch. cons. 762. nu. 5. Cancer. variar. resolut. p. 3. cap. 7. nu. 194. Surd. cons. 29. nu. 13. 71. nu. 3. 80. nu. 15. 173. nu. 27. 192. num. 28. 241. nu. 28. 294. num. 28 Io. Anton. Bellon. cons. 99. nu. 13. Odd. de fideicomiss. q. 44. nu. 36. Anton. Monach. decis. Flor. 1. num. 86. Gratian. disceptat. forens. cap. 306. nu. 16.* Non etiam admittitur superfluitas ratione materiæ strictæ, & odiosæ *Ludouis. decis. 516. nu. 5.* & tanto minus si id tenderet in 88
præiudicium alterius *Surd. cons. 271. nu. 12. Cyriac. contr. 57. nu. 23.* quę ratio suadet vt è contra non respuamus interpretationem per quam statutum appareat superfluum, *Alderan. Mascard. de general. stat. interpr. concl. 5. nu. 38. & concl. 12. nu. 23.* & prius *concl. 2. nu. 255.* & sic statutum prohibens appellationem erit intelligendum quatenus grauamen valeat reparari in diffinitiua *Gratian. disceptat. forens. cap. 77. num. 10.* quando tamen ab vna parte staret mens te- 89
statoris, ab altera superfluitas, de ista non esset curandum, vt menti per interpretationem deseruiens, *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 66. nu. 11. & 12. lib. 1. cap. 45. num. 15.*

Interpretatio sumenda secundum possi- 90
bile, & prout actus fieri potest, *Io. Baptista Larrea decis. 56. nu. 1. ad finem, Gratian disceptat. forens. cap. 168. nu. 15. Gabr. cons. 83. num. 17. vol. 2.*

Statutum recipit passiuam interpretatio- 91
nem à iure communi, *Giouagnon. cons. 70. num. 52. lib. 1.* hoc est ius commune se ex- 92
tendit ad statutum, *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 80. nu. 12. & 14.* ideoq; si sta- 93
tutum de testamentis loquatur, ad statutū extenduntur omnes leges, quæ de testamento disponunt, *Gabr. cons. 1. nu. 2. vol. 2.*
Et hæc interpretatio vindicat sibi locum 94
etiam in materia correctiua, vt *ibid. num. 6.*

nisi

nisi in indiuiduo deducatur consuetudo iuri communi contraria, *Seraphin. decis.* 404. *nu.* 9. vel quando interpretatio repugnaret rationi statuti *Alderan. Mascard. de general. statut. interpr. concl.* 2. *num.* 251. nam in statutis interpretandis plurimũ ratio, & mens attenditur, *Menoch. cons.* 187.
95 *num.* 46. Pariter admittitur etiam si ab eodẽ statuto prohibita sit interpretatio, *Surd. decis.* 178. *num.* 17. quia talis interpretatio appellatur significatiua, & non censetur reiecta à dicto statuto *Alderan. Mascard. concl.* 2. *num.* 80. Est tamen aduertendum, quòd statutum alterans ius commune debet strictè intelligi, *Roland. cons.* 72. *nu.* 25. *& seq. vol.* 3. Prout quoq; idem est faciendum in statuto pœnali, *Alba cons.* 118. *nu.* 1. *Gabr. cons.* 172. *nu.* 3. *vol.* 2. *Odd. cons.* 38. *nu.* 21. *Cyriac. contr.* 288. *nu.* 12. *Raud. de analog. cap.* 33. *nu* 71. *Griuell. decis.* 87. *nu.* 15. In pœnalibus siquidem quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *Valas. consul.* 5. *num.* 13. estq; adhærendum casui expresso, *Bertazz. cons.* 447. *nu.* 27. *Farinac. cons.* 144. *nu.* 12. 150. *nu.* 23. *Pisanellus inter consilia Purpurati cons.* 406. *num.* 10. *Rota apud Farinac. decis.* 519. *num.* 2. *in nouit. nouiss. & decis.* 84. *nu.* 16. *in criminal.*

Non erit etiam faciendus transitus de persona ad personam *Rota apud Farinac. decis.* 84. *nu* 16. *Christofor. Mart. Medic. decis.* 65. *nu.* 5. | Eruntq; verba intelligenda propriè, *Bero. cons.* 15. *nu.* 7. 163. *nu.* 10, 169. *nu.* 4. 177. *nu.* 15. *vol.* 3. nec non procedunt in casu vero, & non ficto, *Griuell. decis.* 19. *nu.* 3. *Camill. de Laratha cons.* 103. *nu.* 11. *Seraphin. decis.* 537. *num.* 3. *Giurb. cons.* 97. *num.* 15.

96 Interpretatio cui assistit æquitas præualet, *Roman. cons.* 16. *num.* 3. *Surd. cons.* 383. *nu.* 22. *Gall. cons.* 118. *nu.* 32. *Menoch. cons.* 137. *nu.* 25. 659. *nu.* 5. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 755. *nu.* 28. *Adrian. Negusant. q.* 103. *nu.* 22. *Christofor. de Paz. de Tenuta cap.* 57. *nu.* 276. *ad finem.* tres. .n. conditiones desiderat in interpretatione *Bald. in l. In his* 16. *ff. de condit. & demonstrat.* quod sit bona, æqua, & consueta: licet enim in omnibus, maximè tamen in iure spectanda est æquitas *l. In omnibus* 90. *de regul. iur.* vndè vulgò dici consueuit summum ius, idest ius strictum, summa iniustitia est *Valenz. cons.* 164. *nu.* 80. Et sic dispositio quæ vult ex fructibus feudi satisfieri creditoribus vassalli, erit accipienda de fructibus pertinentibus ad ipsum vassallum, & non de pertinentibus ad successorem in feudo:
quia nulla æquitas suadet, vt quis teneatur 97
aliena debita sanare; *Menoch. cons.* 1064.
nu. 16. Ob antedictam æquitatis energiam 98
interpretatio quæ magis fauet descendentibus quã extraneis est amplectenda, *Surd. cons.* 464. *nu.* 5. Illa quoq; præualet, quæ fauet successionibus propinquorum, *Surd. cons.* 518. *nu.* 18. *Giouagnon. cons.* 63. *nu.* 32. & magis dilectis *Mart. cons.* 94. *num.* 40.
Ab eodem fonte fluit alia conclusio, inter- 99
pretationem ita semper faciendam, ne pars remaneat decepta, *Surd. cons.* 143. *num.* 34. *Gall. cons.* 37. *nu.* 20. *Ludouis. decis.* 126. *nu.*
10. ne vè damnum patiatur iniquè, *Menoch.* 100
cons. 123. *nu.* 9. *Raud. variar. resolut. cap.* 24. *nu.* 10. *Cyriac. contr.* 478. *nu.* 46. *Gratian. di-*
sceptat. forens. cap. 957. *nu.* 57. Non est igi- 101
tur admittenda illa per quam sit in potestate debitoris euadere obligationem, *Cyriac. contr.* 167. *nu.* 17.

Potissima consideratio circa præsens ar- 102
gumentum desumitur à subiecta materia, quæ est optima intelligendi magistra, *Alex. cons.* 179. *nu.* 12. *lib.* 5. *Mantic. de coniectur. vltim volunt. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 37. *Surd. de alim. tit.* 5. *q.* 1. *nu.* 4. *cons.* 381. *nu.* 27. 460. *nu.* 16. *Bald. cons.* 39. *nu.* 10. *vol.* 4. *Bec. cons.* 101. *nu.* 40. *Marta super Rubr. ff. de noui. oper. nuntiat. Repet. vol.* 5. *fol.* 28. *num.* 10. *Giurb. cons.* 19. *nu.* 58. & ob id dicimus verba esse intelligenda secundum subiectam materiam, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 300. *nu.*
18. etiam recedendo ab illorum proprieta- 103
te *Pyrr. Corrad. in prax. Apostolicarum dispensat. lib.* 10. *cap.* 3. *nu.* 16.

Si materia sit odiosa nulla fit interpreta- 104
tio, *Gall. cons.* 85. *num.* 17. & si sit tendit ad exclusionem, & ita dicimus faciendam in-
terpretationem aduersus gabellam, *Gall.* 105
cons.

106 *conf.94. num.* 37. verborum proinde pro-
prietati adherebimus, *Marescott. variar.*
resolut. lib. 2. cap. 67. nu. 1. *& cap.85.nu.2.*

107 Quòd si materia sit fauorabilis interpre-
tatio admittitur, & quidem lata *Nouar. de*
datione in solutum q.21.nu.10. sect. 3. veluti
si agatur de concessione gratiosa *Raud. va-*
riar. resolut. cap. 1. *nu.* 16. & ita dicimus in
feudis fieri plenissimam interpretationem,
quia sint beneficia, *Gratian. disceptat. fo-*
rens. cap.456.nu.77. Neq; repugnat illud
109 dictum, quòd in priuilegijs fit stricta inter-
pretatio, secundum *Surd. cons. 526.num.8.*
quoniam id procedit quo ad præiudicium
aliorum, non tamen ipsius concedentis, nã
contra ipsum lata est facienda interpreta-
tio, *Io. Anton. Bellon.cons.69. nu.* 12. cum
sit beneficium, *Cyriac. contr.* 145. *num.*31.
fauor subiectæ materiæ facit, vt debeamus
110 iuuare interpretationem, quæ fauet Reipu-
blicæ, *Raud. variar. resolut.cap.* 44. *nu.* 56.
111 Augmentum cultus Diuini fauet interpre-
tationi, *Seraphin. decis.* 1385. *nu.*5.

112 Quotiens in actionibus, aut in exceptio-
nibus ambigua oratio est: commodissimũ
id accipi, quo res, de qua agitur, magis va-
leat, quàm pereat, *l. quotiens* 12. *de reb. du-*
bijs lib. 34. *P. tit.*5. In ore proinde omnium
fuit, Interpretationem quæ fauet validitati
actus, omnino admittendã esse, sæpissime id
affirmauit *Surd. cons.44.in fin.* 114. *nu.* 28.
158.*nu.*15.450.*nu.*18.471.*nu.* 15. *& decis.*
114.*nu.*12. *Raud. de analog. cap.*31.*num.*2.
*cap.*35.*num.* 14. *Mar. Anton. var. resolut.*
*lib.*1.*resolut.*20.*nu.*16.102. *nu.* 13. *Pyrrhus*
*Corrad. prax. dispensat. Apostol. lib.*1.*cap.*
5. *nu.*29. *& lib.*10 *cap.*3.*num.*13. *Seraphin.*
*decis.*627.*nu.*10.*Gabr.cons.*113.*nu.*30.*vol.*
2. *Menoch.cons.*37.*nu.*121. *Gall. cons.* 116.
*nu.*48. *Io. Baptista Larrea decis.*40.*num.*14.
113 In dubio enim capienda est interpretatio
pro validitate aduersus nullitatem, *Cyriac.*
contr. 186. *num.*12.436. *nu.* 14. nam actus
114 validitati fauent iura, *Valenz.cons.*155. *nu.*
33. & talem interpretationem esse cæteris
omnibus preponendam affirmat *Io. Anton.*
*Bellon. cons.*90.*nu.*15. *Ruin. cons.*71. *nu.* 4.
115 *vol.*2. & dici solet inter Doctores, quòd
præsumptio validitatis actus superat cæte-
ras omnes præsumptiones *Alba cons.* 119.
nu. 39. quo fit vt interpretatio quæ fit con- 116
tra stipulatorem debent isto casu cedere *Io.*
Anton. Rubeus l. si quis §. quæsitum nu. 22.
*ff. si quis caut. Repet. volum.*1. *fol. mihi* 386.
Ita igitur erit interpretanda dispositio te- 117
statoris, vt non admittamus illum voluisse
decedere pro parte testatum, & pro parte
intestatum, *Menoch.cons.*528.*nu.* 10. prout
quoq; dicimus hoc respectu donationem 118
fore interpretandam vti factam causa mor-
tis, & non vti factam inter viuos *Io. Anton.*
*Bellon. cons.*8.*nu.* 34. Imo adhibenda est 119
talis interpretatio vt nedum actus valeat,
sed etiam vt fortius valeat, *Adrian. Negu-*
*sant. q.*75.*num.*7. Neq; erit curandum de 120
proprietate verborum quando agitur de
sustinendo actu, *Rot. decis.* 255. *num.*5.*post*
tractatum Postij de manutenend. & si non in
totum, saltim pro aliqua parte, *Surd. cons.* 121
241. *nu.* 30. Ratio autem desumpta à con-
seruatione actus, tunc est efficax, quando 122
dispositio remanet in totum nulla, *Gabr.*
*cons.*113.*nu.*31. *vol.*2. quod tamen non est 123
vsque quaq; verum: quia non solum debet
fieri interpretatio vt actus valeat, sed etiam,
vt valeat in meliorem partem, *Sebastianus*
Sapia super l. Precibus nu. 6, *Cod. de impub.*
& alijs substitut. Repet. vol. 8.*fo.* 288. Hic
respectus cessaret vbi ad præiudicium ter-
tertio inferendum tenderet interpretatio,
Menoch. lib. 4. *præs.* 104.*nu.*9. Non etiam
curandum de validitate actus quando de-
ficit consensus, *Sebastianus Sapia l. Preci-*
bus nu. 56. *Cod.de impub. & alijs substitut.*
*Repet. vol.*8.*fo.*287.

Interpretatio nulla sumenda per quam 124
verba remanent sine virtute operandi, &
superflua reddatur dispositio, vt authori-
tate I. C. in *l. si quando* 109. *de leg.*1. notant
passim DD. *Roland. cons.* 61. *nu.*14.*& seq.*
*vol.*3.*Surd.cons.*81.*nu.*20.315.*nu.*5.319.*nu.*
8.347.*nu.*22. *Bec.cons.*210.*nu.*8. *Menoch.*
*cons.*81.*num.*30. *Io. Anton.Bellon.cons.*53.
*nu.*8.*Gratian.disceptat.forens.cap.*639.*nu.*
31. *Cyriac.contr.*151.*nu.* 13. *Rot. apud Fa-*
*rinac. decis.*702. *num.* 3. *p.* 2. id quod sibi
pro-

proponunt compilatores statutorũ *Surd. cons.*402.*nu.* 20. *Gratian. disceptat. forens. cap.*685. *nu.* 16. Et nedum tota periodus, sed ne minimum quidem verbum debet esse superfluum, vt obseruat *Cyriac. contr.* 415.*nu.*34.*Surd.cons.*453.*nu.* 46. *Rot. Bo-*
125 *non. decis.* 34. *nu.* 56. *in select.* est enim superfluitas ioimica legi, *Bec. cons.* 201. *nu.*
126 30. Et tantum abest quòd talis interpretatio sit admittenda, vt imo contraria sit facienda, etiam quod proprietas verborũ resisteret, *Roland.d.cons.*61.*Giouagn. cons.* 63.*nu.*37.*lib.*1. *Surd.cons.*313.*nu.*89.321. *num.*19.402.*nu.*20.554.*nu.*15.565.*nu.*11.
127 & id est tenendum licet deberet sequi legum correctio, *Cyriac. contr.* 531.*num.*6. Porro istud argumentum superfluitatis vitandæ in iure nostro est validissimum teste *Gratiano disceptat. forens. cap.* 306. *num.* 16. etiam quod agatur de materia quamtumuis stricta, & odiosa, *Surd. cons.* 321. *nu.*19. *Ludouis.decis.*526.*nu.*5.

128 Prædictarum omnium interpretationũ est regina obseruantia, vt obseruat *Socin. Iun. cons.*93*nu.*52.*vol.*3. *Surd.cons.*362. *nu.*10. *Menoch. cons.*331.*num.*21. *Mart.*
129 *cons.*3. *nu.*51. illam meliorem cæteris omnibus dicit *Raud. variar. resolut. cap.* 73. *nu.* 1. & veram esse dicit *Mar. Antonin. lib.*1. *resolut.*75.*nu.* 7. consuetudo enim est optima legum interpres. *l. si de inter-*
130 *pretatione* 37. *de legib. lib.* 1. *P. tit.*4. *Gratian.disceptat.forens.cap.*608.*nu.*16.*Anel. de Amat.cons.*77.*nu.*44. *Io.Baptista Larr. decis.*45.*nu.* 23. à qua non esse recedendũ tradit *Surd.cons.*390.*num.* 17. potissimum quando agitur de interpretatione statutorum, *Bald. cons.* 48. *in fine lib.* 3. *Cyriac. contr.* 400.*nu.*5. *Caualcan.de brachio Reg. p.* 4. *num.* 382. quod procedit in quolibet
132 actu interpretando, *Menoch. cons.* 104. *nu.* 13. verba faciens de concessione feudali, *Valenz.cons.*63. *nu.* 196. Illaq; atten-
133 ditur licet non sit præscripta, *Gratian. disceptat.forens.cap.*370.*nu.*20. 608. *nu.* 17. 756.*nu.*25.*Peregr.cons.*83.*num.* 10. *lib.* 6.
134 quia interpretatiua, *Raud. variar. resolut. cap.*6.*num.*27. *Menoch.cons.*148.*num.*36.

Et viget etiam si disponatur statuto, quòd 135
consuetudo contra ius scriptum, non attendatur, *Surd.decis.*129.*nu.*19. Virtutem 136
istius obseruantiæ non elidit proprietas verborum quæ in oppositum staret, *Rot. Bonon. decis.* 92. *num.* 2. *in selec. Menoch. cons.*290.*nu.*20.1120.*num.*21.*Mantic. de tacit.& ambigu.lib.*2.*tit.*7.*num.*20. *Raud. variar.resolut.cap.*19.*num.* 32. *Socin. Iun. cons.*25.*nu.*12. aut verus intellectus actus aliter se haberet, *Bec cons.*101.*nu.*49. *versus fin.* nam præcedentibus præstant eui- 137
dentissimum intellectum facta, *Bec. cons.* 96. *nu.* 13. quia declarant qualis fuerit in- 138
tentio contrahentium ab initio, *Alc. cons.* 149.*nu.*3.*lib.*5.*Cyriac.contr.*212.*num.*21. 466.*num.* 5. *Rota apud Farinac. decis.* 495. *num.*4.*p.*2.*in recentiss. Mantic. de tacit. & ambigu.lib.*2.*tit.*6.*num.*5. *Surd. cons.*321. *nu.* 11. 366. *nu.* 14. Aliò etiam sensu dicimus attendendam esse consuetudinem, illam scilicet quæ versata est circa alios actus consimiles, ante, & post, nam actus subsequens recipit interpretationẽ à præcedenti, *Surd.cons.*460.*nu.*22. apud eumdem *Surd.cons.*540.*num.*38. habetur promissionem factam tenendi pecunias super cambijs, fore interpretandam iuxta illud, quod consueuerunt seruare campsores: consideremus etiam, quod consueuerunt obseruare ipsimet contrahentes *Ludouis. decis.*308.*nu.*5. medius verò recipit interpretatiõẽ ab antecedenti, & subsequenti: & per hoc dicimus testatorem loquutum de masculis in præcedentibus, & subsequentibus, intelligi de eisdem sensisse in medio orationis: nam ex vicinis scriptu- 139
ris sumitur interpretatio, *Giouagnon. cons.* 63. *nu.*27. *lib.* 1. quando tamen dispositio 140
esset facta circa easdem personas, vt declarat *Surd.cons.*564.*nu.* 8. Alioqui si dis- 141
ponens in vna parte de duobus verba fecit, & in alia parte de vno tantũ est loquutus, non poterit dispositio extendi ad casum omissum, per illam rationem, quòd quando voluit ambo comprehendere id expressit: ita ratiocinatur *Bec. cons.* 1. *nu.* 14. *Zucar. decis. criminal. Lucens.*17.*n.*13.

142 & rectè dici poterit, includendo vnum casum exclusisse alium, *Grat. cons. 39. nu. 10.*
143 *lib. 1.* præsertim si sepius de vnico illo casu verba fecit, idq; ex vi geminationis, quæ enixam volontatem aperit, vt ex *l. Ballista 32. ad S. C. Trebell. lib. 36. P. tit. 1.* colligunt DD. & notat *Surd. cons. 10. num. 54. 73. nu. 64. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 3. nu. 7. resolut. 35. nu. 9. lib. 1. Cyriac. contr. 283. nu. 4.* geminati consensus efficaciam expendit *Gratian. disceptat. forens. cap. 524. num. 28.* ad inducendam renuntiationē appellationis: magis enim denotatur volontas disponentis, *Gratian. disceptat. forens. cap. 621. nu. 29.* neq; refert geminationem proferri vnico verborum contextu, vel cum temporis interuallo *Gratian. disceptat. forens. cap. 651. num. 6. cap. 737. nu. 4.* Et adeo potens est geminatio ad declarandam volontatem, vt excludat omnem interpretationem, *Gratian. d. cap. 737. nu. 5.* & vim geminationis verborum in legislatore considerat *Sesse decis. 230. num. 14.* Non est tamen silentio inuoluendum, quod obseruauit *Gratian. disceptat. forens. cap. 764. num. 32.* geminationem verborum nihil operari, quando in geminatione inest illa ratio, quæ erat in simplici, Vis autem præcedentis conclusionis deducitur ex *l. vnic. §. Vbi autem 11. vers. sin autem deficientis. de caduc. tollend. lib. 6. Cod. tit. 50.* & ex ea de-
144 ducunt passim Scribentes, testatorem noluisse aliquam dispositionem facere, quia illam non expressit, vt expressit quando voluit illam facere, *Dec. cons. 593. num. 3. vers. quia responderi potest. Iason. cons. 142. nu. 24. vol. 2. 39. n. 13. vol. 3. Honded. cons. 48. nu. 50. vol. 2. 60. nu. 39. vol. 1. Socin. sen. cons. 76. nu. 13. 116. num. 1. & seq. vol. 3.* vbi colligit, filios in conditione positos nō dici vocatos, quia quando id voluit expressit, rursus *cons. 73. nu. 23. vol. 4.* accedunt *Socin. iun. cons. 102. nu. 16. vol. 1. 29. nu. 2. vol. 4. Paris. cons. 87. num. 44. vol. 2. Anch. cons. 120. nu. 4. Alex. cons. 31. nu. 2. lib. 3. 38. num. 8. lib. 6. Surd. cons. 448. nu. 18. 487. nu. 43.*

SVMMAE.

Argumentum ab absurdo vitando validum nu. 1.
Sumptum à discretione naturali nu. 2.
Debet extirpari tamquam ratione carens nu. 3.
In claris non habet locum istud argumentum nu. 4.
In omni materia vitandum absurdum n. 5.
Præsertim in materia statutorum nu. 6.
Etiam quando esset interpretanda ad litteram nu. 7.
Lex est æquitatis amica nu. 8.
Absurdum vt pro vna dote excludatur à iure duorum nu. 9.
Volontates defunctorum recipiunt lucem ab absurdo vitando nu. 10.
Non attenditur proprietas verborū ad vitandum absurdum nu. 11.
Verba restringuntur, vel extenduntur ad euitandum absurdum nu. 12.
Fideicommissum inducitur vbi non est ad vitandum absurdum nu. 13.
Trahitur de vno casu ad alium nu. 14.
Masculinum concipit fœmininum nu. 15.
Non cōtinetur in dispositione id quod aliàs potuisset contineri nu. 16.
Superfluitas verborum admittitur nu. 17.
Ad absurdum vitandum multa conceduntur quæ aliàs non concederentur nu. 18.
Testamentum nō fuisse conditum præsumimus nu. 19.
Absurdum obligationem ex parte comprobare, & ex parte improbare nu. 20.
Conuentionem ab altero contrahentium posse excludi nu. 21.
Quòd Ecclesia voluerit excludere opem sibi ferentes nu. 22.
Quòd eodem tempore obligetur, & constituatur in mora nu. 23.
Maritus qui occidit vxorem non lucratur dotem nu. 24.
Subuassallus alienando sine consensu domini non potest priuare iure suo dominum immediatum nu. 25.
Absurdum quòd minus dilectus præcedat magis dilectum nu. 26.

Sti-

Stipulatio pro se, & hæredibus masculis quando intelligatur de descendentibus nu. 27.
Per treguam, & pacem prouidetur propinquis nu. 28.
Ex relicto maiori arguitur maior affectio nu. 29.
Nepotes ex filijs sunt magis dilecti quam fratres nu. 30.
Absurdum quòd fœmina secundo genita debeat succedere, & non alij masculi nu. 31.
Quòd nepotes ex filia præferãtur filiæ n. 32.
Declara nu. 33.
Quòd Iudæi non sint tolerandi nu. 34.
Quòd semel hæres desinat esse hæres nu. 35.
Testem inhabilem posse supplere aliorum defectus nu. 36.
Creditores nõ tenentur expectare quòd vsufructuarius satisfaciat nu. 37.
Iudex non potest defendere in possessione eũ quem non immisit neq; potuisset immittere nu. 38.
Pecunia non parit pecuniam pecuniã nu. 39.
Hæres grauatus non potest subuertere fideicommissum nu. 30.
Pro eadem causa non possunt adiri diuersi Iudices nr. 31.
Solemnitas tradita pro forma adhibenda nu. 42.
Concessio non debet esse elusoria nu. 43.
Non est tribuendum plus quam testator mandauerit nu. 44.
Lex posterior non corrigitur per anteriorem nu. 45.
Debitor non potest suo facto eludere creditores nu. 46.
Eadem non sunt diuerso iure censenda n. 47.
Absurdum quòd Magnates voluerint se submittere iuri consuetudinario num. 48.
Inter duo absurda maius respuendum n. 49.
Mulierem dotatam indigere alimentis marito defuncto non est absurdum nu. 50.
Quod quis sibi prospexerit multiplici remedio non est absurdum nu. 51.
Acceptare partẽ à lege approbatam, & respuere improbatam non est absurdum num. 52.

ABSVRDVM.

CAP. XIII.

NTER argumenta quæ in iure nostro se offerunt non infimum locum tenet illud, quod ducitur ab Absurdo vitando, vt obseruat *Menoch. conf. 338. nu. 7. 1185. nu. 22.* quia sumptum à discretione naturali, *Peregr. de fideicom. art. 11. num. 46. Mantic. de coniectur. vltim. volontat. lib. 3. tit. 7. nu. 2. & de tacit. & ambigu. conuent. lib. 2. tit. 13. nu. 4.* addimus Absurdum tamquam ratione carens debere extirpari, *Mantic. de tacit. et ambigu. conuent. lib. 2. tit. 13. nu. 2.* 1 2 3

Inter cætera erit præsupponendum agi de negotio, quod interpretatione indigeat, nam si clara esset mens disponentis frustra recurreremus ad vim istius argumenti, quemadmodum obseruat *Horat. Giouagnon. conf. 1. nu. 49. lib. 1.* 4

Hoc dato, nulla est materia quę respuat virtutem Absurdi vitandi, *Mantic. de coniectur. vltim. volont. lib. 3. tit. 7. nu. 4. Barz. decis. 6. nu. 33. 27. nu. 10. Franc. decis. 207. nu. 5. Honded. conf. 89. nu. 27. vol. 2. Surd. conf. 416. nu. 3. Alba conf. 129. num. 6. 413. nu. 9. 494. nu. 11. Purpur. conf. 325. num. 19.* 5

In interpretandis statutis locum habet huiusmodi respectus *P. de Ancharano conf. 190. nu. 4. Bertaz. conf. 438. num. 34. Alba conf. 771. nu. 23. Marsil. conf. 16. nu. 45. lib. 1. Marzar. conf. 34. nu. 5. Scipio Rouit. conf. 98. num. 17.* etiam quod statuto cautum legatur, quòd stetur cartæ, & non adhibeatur aliqua interpretatio, *Casanat. conf. 60. n. 30. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 2. tit. 13. nu. 5.* ea nihilominus admittetur, etiam quòd sit extensiua *Valenz. conf 91. nu. 71.* Lex enim est veritatis, & æquitatis amica, & propterea reijcit absurda, *Menoch. conf. 98. nu. 69.* ob hanc rationem dicimus statutũ excludens dotatam fore intelligendum respectu hæreditatis dotantis, quia Absurdũ esset, quop 6 7 8

9 pro vna dote nedum excluderetur ab hæreditate patris, sed etiam matris, & aliorũ, *Surd. conf.* 393. *nu.* 42. *& seq. Roland. conf.* 9. *nu.* 24. *vol.* 2. & clausulam ex stylo Notariorum appositam per quam enuntiatur filiam renuntiare omnibus bonis paternis, maternis, fraternis non esse attendendam probat *Maynard. lib.* 4. *decis.* 21. cuius meminit *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 9. *gl. vnic. p.* 1. *nu.* 7.

10 Inde recipiunt lucem volontates testatorum, *Menoch. conf.* 152. *num.* 38. *Surd. conf.* 443. *nu.* 27. *Casanat. conf.* 15. *num.* 24. *Vincent. de Paleotis vltim. volontat. conf.* 135. *num.* 37. *vol.* 1. *Mantic. de coniectur. vltim. volontat. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 3. *Valasc. consul.* 174. *nu.* 21. In materia contractuũ idem tradit *Alba conf.* 555. *n.* 4. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 6.

11 Tantæ autem efficaciæ est istud argumentum, vt præ illo proprietas verborum non sit considerabilis, *Vulpell. conf.* 2. *nu.* 28. *Roland. conf.* 23. *nu.* 32. *vol.* 4. 82. *num.* 31. *vol.* 3. 72. *num.* 24. *vol.* 1. *Alba conf.* 417. *num.* 9. *Neuizan. conf.* 72. *num.* 6. *Incertus author conf.* 88. *nu.* 36. *vol.* 1. *vltim. volontat. Casanat. conf.* 10. *nu.* 56. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *nu.* 2. *&* 6. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 833. *nu.* 30. 834. *nu.* 13. *Barz. decis.* 6. *num.* 33. *decis.* 12. *nu.* 32. *Honded. conf.* 15. *num.* 22. *vol.* 2. *Surd. conf.* 85. *num.* 27. 154. *nu.* 13. 574. *nu.* 37. *Valenz. conf.* 133. *nu.* 39. illaq;
12 vel extenduntur, vel restringuntur *Fusar. conf.* 34. *nu.* 19. & quod fiat restrictio tradit *Bertaz. conf.* 468. *num.* 17. etiam quòd statutum loqueretur per verba vniuersalia, Idem *Bertaz. conf.* 57. *nu.* 29. *in ciuilib.* verba siquidem generalia restringuntur, *Bertaz. conf.* 56. *num.* 31. *in ciuil. Valenz. d. conf.* 133. *num.* 40. de extensione facienda loquitur *Roland. conf.* 15. *nu.* 17. *vol.* 3. *Valenz. conf.* 169. *nu.* 49. etiam in materia odiosa, *Surd. conf.* 416. *nu.* 4. ita vide-
13 mus induci fideicommissum vbi non est, *Imol. conf.* 72. *num.* 22. *Peregr. de fideicom. art.* 15. *num.* 46. *Laderch. conf.* 72. *num.* 22. & illud trahimus de vno casu ad alium, 14
Beretta conf. 27. *nu.* 22. de persona ad personam, *Surd. decis.* 319. *nu.* 11.

Masculinum concipere fœmininum, 15
Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 2. *tit.* 13. *nu.* 7.

~~Non~~ contineri in dispositione, id quod 16
alias potuisset comprehendi *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *n.* 7.

Superfluitas quoq; verborum admitti- 17
tur ad absurdum vitandum *Alba conf.* 289. *nu.* 8. *&* 22.

Non mirum autem si hæc tradita fue- 18
rint, quandoquidem multa conceduntur in iure nostro contra communes regulas, vt euitetur absurdum, *Surd. conf.* 236. *nu.* 18. Conditum non fuisse testamentum 19
præsumimus ad euitandũ absurdum consideratum à *Mantic. de coniectur. vltim. volontat. lib.* 2. *tit.* 1. *nu.* 9.

Varia autem sunt exempla quę possunt adferri eorũ quæ tamquam absurda sunt reijcienda, inter innumera non pauca recensebo.

Absurdum est obligationem ex parte 20
cõprobare, & ex parte improbare, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *nu.* 11.

Absurdum est conuentionem ab altero 21
contrahentium posse excludi, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 15.

Credere quòd Ecclesia voluerit exclu- 22
dere à concordia eos, qui sibi opem, & auxilium tulerunt, *Christof. Mart. Medic. examinat.* 40. *nu.* 10.

Quòd vnus eodem tempore obligetur 23
per iuramentum, & constituatur in mora *Osasc. decis.* 49. *num.* 5. licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere *l. Nam absurdum* 7. *de bonis libert. lib.* 38. *P. tit.* 2. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *nu.* 12.

Quod debeat pactum suffragari delin- 24
quenti: & ideo maritus qui occidit vxorem, non lucratur dotem ex pacto, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 14.

25 Quòd

25 Quòd sit in facultate subuassalli priuandi iure suo dominum immediatum, puta alienando sine consensu domini, *Menoch. conf.338. nu.7. & 8.*

26 Quòd minus dilectus præcedat magis dilectum *Roland. à Valle conf.23.num.34. vol.4.82.nu.30.vol.3.72. num.21. vol.1. Scipio Rouit. conf.40.nu.30. Cæsanat. conf.*

27 *15.num.25.* Vnde si quis stipulatus sit pro se, & hæredibus masculis, intelligetur stipulatio de descendentibus, si filias proprias exclusit, ne sequatur absurdũ quòd extranei minus dilecti præferantur filiabus magis dilectis, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.2.tit.13.nu.8.* vt etiam

28 absurdum est credere, quòd per treguam, & pacem fuerit prouisum pænitus extraneis, & non propinquis, *Marsil. conf.85. nu.9.* spurius igitur legitimatus per rescriptum nequaquam excludet naturalem legitimatum per subsequens matrimonium, *Giouagnon. conf.59.nu.64.lib.1.*

In statutis tamen correctorijs, & exorbitantibus nõ habetur pro absurdo, quòd posterior in gradu præferatur potiori, & proximiori, *Rot. Bonon. decis.57.nu.52. in*

29 *select.* esset absurdũ quòd hęres vniuersalis non præfereretur hæredi particulari: nam ex relicto maiori arguitur maior affectio,

30 *Menoch. conf.554.nu.14.* per hoc dicimus testatorem minimè habuisse maiorem affectionem ad proprios fratres, quam nepotes ex filijs, *Menoch. conf.530. num.5.*

31 quòd fœmina secundogenita debeat succedere, & non alij masculi, *Roland. conf. 58.nu.32. vol.3.* quòd nepotes ex filia re-

32 motiores præferantur filiæ proximiori *Roland. conf.93.nu.24. vol.2. Paris. conf.56.*

33 *nu.30. vol.2.* In dispositione autem statutaria, & correctoria iuris communis cessat talis absurdi consideratio, *Giouagn. conf.1.nu.50. & seq. lib.1.* vt etiam cessat quando prædilectio versatur circa portionem parentum ipsarum neptum, *Giouagn. conf.82.nu.131.lib.1.*

34 Absurdum est affirmare quòd Iudæi nõ sint tolerandi, quia tot leges latæ de ipsis loquentes, essent superfluæ *Roland. conf. 25.nu.17. & seq. vol.3.*

Absurdum est, vt qui semel fuit hæres desineret esse hæres, *Roland. conf.96.num. 11. vol.4.* 35

Testem inhabilem indigentem suppletione posse aliorum defectus sanare, *Roland. conf.98.nu.35. vol.4.* 36

Velle sustinere quòd creditores debeant suum creditum consequi ab vsufructuario: nam si multi extarent cogerentur inuiti diutius expectare satisfactionẽ, *Roland. conf.8. nu. 8. vol.2.* 37

Quòd Iudex velit defendere in possessione aliquem, si immissio de eius scientia non processit, & eum concedere non potuisset, *Roland. conf.5.nu.20. vol.2.* 38

Quòd pecunia pariat pecuniã, *Roland. conf.55.nu.32. vol.2.* 39

Absurdum est quòd sit in facultate hæredis grauati subuertere fideicommissum *Roland. conf.71.num.30. vol.2.* 40

Vt in eadem causa simul, & semel procedatur coram diuersis Iudicibus, quia possent sequi contrariæ sententiæ, *Roland. conf.13.nu.6. vol.2.* 41

Solemnitatem pro forma traditam, quantumuis leuem omissam non vitiare actum, *Gall. conf.31.nu.22.* 42

Concessionem factam debere esse elusoriam, *Paris. conf.70.nu.5. vol.1.* 43

Plus cuiquam tribui quàm testator voluerit *Io. Anton. Bellon. conf. 33. num. 11.* 44

Quòd lex posterior corrigatur per anteriorem *Camil. de Laratha conf.18.nu. 23.* 45

Licere debitoribus suo facto eludere creditores, *Io. Anton. Bellon. conf.36. nu. 7. Cyriac. contr.57. num. 21. & 23.* Ne sequatur tale absurdum dicimus ita concipiendam esse alternatiuam, ne sit in facultate debitoris eludendi obligationem, sed solum declarandi quid nam debeat ex alternatiuis, *Cyriac. contr.167.nu.14.* 46

Quòd eadem diuerso iure censeantur *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.2. tit.13.n.13.* ni diuersa militet ratio, *Flam. de Rubeis conf. 1. nu. 54.* quare prohibitus alienare, poterit nihilominus hęredem instituere, vel ab intestato illum habere: quo- 47

quoniam hi actus permittente lege fiunt, *Menoch.conf.* 327.*nu.*112.

48 Quòd Magnates voluerint se submittere iuri consuetudinario, si mos ipsorum est sequi ius commune, *Scipio Rouit. conf.* 98.*nu.* 16.

49 Porro quando ex vna, & altera interpretatione sequitur absurdũ, illa respuenda quæ maius absurdum admittit, *Bec. conf.* 189.*nu.* 89. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.*2.*tit.*13.*nu.*16.

Non desunt exempla contraria, quòd nimirum aliqua non fuerint reputata absurda,& si posset quoquomodo dubitari.

58 Lex pro absurdo nõ habet, quòd mulier dotata indigeat alimentis marito defuncto, *Barz. decis.* 128.*nu.*85.

51 Pariter non erit absurdum,quòd in eodem instrumento quis sibi prospexerit multiplici remedio, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.*2.*tit.*13.*nu.*20.

52 Vt neq;absurdum est acceptare partem à lege approbatam, & respuere improbatam, *Io. Anton. Bellon.conf.*8.*nu.*10.

SVMMAE.

Lingua frenanda nu. 1.
Verba parua Ciuitates integras euertunt num. 2.
Iniuria impunita omnibus minatur iniuriam nu. 3.
Furiosus non infert iniuriam nu. 4.
Actio iniuriarum præsupponit dolum 5.
Animus iniuriandi est principale requisitum nu. 6.
Facta quæ non desinunt in iniuriam nu. 7.
Verba iocosa non reputantur iniuriosa nu. 8.
Aduocatus non punitur propter petitionem iniuriosam nu. 9.
Declara nu. 10.
Aduocati faciunt protestationem nu. 11.
Protestatio non suffragatur quando verba communi omnium reputatione sunt iniuriosa nu. 12.
Blandus sermo denotat abfuisse animum iniuriandi nu. 13.
Scienti, & consentienti nõ fit iniuria n. 14.
Iniuriarum actio cessat quando filius sua voluntate fuit distractus nu. 15.
Bannitus potest recipi in gratiam quando obtinuit pacem ab offenso nu. 16.
Iniuriam nõ facit qui vtitur iure suo n. 17.
Dolo caret qui vtitur iure suo nu. 18.
Creditor non tenetur actione iniuriarum ex eo, quod curauit detrudi in carcerem suũ debitorem nu. 19.
Iniuriarum species nu. 20.
Iniuria fit per semet ipsum, vel per alios num. 21.
Iniuria in corpus illata nu. 22.
Percussio in faciem manu lata num sit atrox iniuria nu. 23.
Declara nu. 24.
Iniuria facta Magistratui atrocius puniendanu. 25.
Alapa data militi est grauis iniuria n. 26.
Plebeius inferens alapam nobili potest occidi nu. 27.
*Pro defensione honoris licet occidere nu.*28.
Inferens alapam nobili an gaudeat immunitate Ecclesiæ nu. 29.
Contra verbalem iniuriam plebei potest nobilis vti factis nu. 30.
Nobilis dum adit Iudicem pro iniuria à plebeio illata se præbet deridendum n. 31.
Eleuando manum ante faciendo,& mirando fit iniuria nu. 32.
Et poterit agi vtili actione iniuriarũ n. 33.
Et dicitur iniuria facto illato nu. 34.
Iniuria tacitè verbis facta nu. 35.
*Iniuria scripta dicitur adhuc verbalis n.*36
Iniuria scripta non tollitur anno nu. 37.
*Quo pacto dicatur maior nu.*38.
Obijciens alicui quòd sit de Iudæorum parentella facit grauem iniuriam n. 39.
Dicendo alicui esse pauperem facit iniuriam num. 40.
Exprobatio infortunij domestici ex iniuria num. 41.
Gratia conseruandi ius suum licet obijcere paupertatem nu. 42.
Mentitam dare est iniuriosum nu. 43.
Verba, Tu non dicis verum, præseferunt mentitam nu. 44.
Declara nu. 45.

Men-

Iniuria

INIVRIÆ.

CAP. XIV.

CVM Reipublicæ valdè interſit iniuriam pœnis coerceri, vt linguæ aliquod iniјciatur frenum, ne in mala non pauca prorumpat, quemadmodum obſeruat *Peguer. deciſ.* 13. *nu.* 5. *& ſeq.* nam
2 parua verba multotiès homicidium perpetrauerunt, & Ciuitates integras euerterunt, author eſt Io. Chryſoſtomus; & Ca-
3 to ſenior dicebat impunitæ iniuriæ exemplum omnibus minari iniuriam. Etenim ſi liceat impunè lædere, nullus erit tutus ab improborum violentia, ideo circa iſtud argumentum libet aliqua obſeruare.

Primum, & principale requiſitum in hoc genere argumenti eſt affectus, & animus facientis, ſiue loquentis: nam ex eo iudicamus, num iniuriarum actioni locus eſſe poſſit; quare furioſus, & impubes, qui 4
doli

doli capax non est, siue pulset, siue conui-
cium dicat, iniuriam fecisse non videtur,
l. Illud 13. §. *sanè.* 1. *de iniur. & famos.*
5 *libel. lib.* 47. *P. tit.* 10. semper enim iniu-
riarum actio præsupponit dolum, *Surd.*
6 *decis.* 89. *nu.* 22. nec non animum iniu-
riandi, vt quoddam substantiale requisi-
tum, *Gail. lib.2.obser.99. nu.6.* Si quis igi-
7 tur per iocum percutiat, aut dum certat:
iniuriarum non tenetur. Si quis homi-
nem liberum ceciderit: dum putat seruũ
suum: in ea causa est, ne iniuriarum tenea-
tur. Si cum seruo meo pugnum ducere
vellem, in proximo te stantem inuitus per-
cusserim: iniuriarum non teneor, *d.l. Illud*
3. §. 3. *& seq. l. si cum* 4. *de iniur.* Pariter
si quis corrigendi animo, aut emendandi
verberauerit, iniuriarum non tenetur,
l. Item apud 15. §. *Adijciatur* 38. *tit. eo.*
8 Verba iocosa re vera non reputantur
iniuriosa vt considerat *Muta decis.36.nu.*
21. *versus finem*, Aduocatus non punitur
9 si fecit petitionem iniuriosam, notat *Gra-
tian. disceptat. forens. cap.*81.*nu.* 18. quia
10 liceat conuicia dicere, quantum poscit
vtilitas causæ, *Surd. decis.* 89. *num.* 24. *in
fine.* Verum quidem est, quòd ex com-
11 muni consuetudine vbiq; recepta Aduo-
cati faciunt protestationem, quòd citra
animum iniuriandi deducunt quæ legun-
tur in eorum allegationibus, *Ludouic. de-
cis. Lucens.* 4. *nu.*21. *& seq.* Debebit autẽ
12 aliunde constare de animo non iniurian-
di, & non ex sola protestatione eius qui
protulit verba iniuriosa: qui agitur dixe-
rit quem mentiri saluo eiusdem honore
tenebitur actione iniuriarũ: frustra enim
protestatur qui alteri dixerit verba iniu-
riosa communi omnium interpretatione
Gratian. decis. March. 58. *nu.* 22. *& seq.*
vt etiam inferius obseruaui.
13 Animum non iniuriandi aperit forma
qua pronuntiantur verba, puta blandè, &
submissa voce *Felic. allegat.* 51. *nu.* 3. *p.*1.
Est insuper considerandum iniuriam
tunc inferri, si nolentem lædimus secundũ
14 *Aristot.* 5. *Ethicorum*, & ob id scienti, &
consentienti illam nequaquam fieri, *reg.*
scienti. 27. *de regul. iur. in* 6. *Gail. lib.* 2.
obser. 39. *nu.* 18. 84. *nu.*1. 98. *nu.*21. *Surd.*
decis. 194. *num.* 1. quo fit vt nomine filij 15
filij sua volontate distracti non sit inten-
tanda actio iniuriarum, *l.* 1. §. *Vsq;* *adeo*
5. *de iniurijs lib.* 47. *P. tit.* 10. Hinc fit vt 16
offensus non possit conqueri de Principe
qui recepit in gratiam bannitum, quando
prius obtinuit remissionem, & pacem ab
offenso, quemadmodum docet *Caball. re-
solut. criminal. cas.* 58. *nu.* 18.
Iniuriam nemini facit qui iure suo vti- 17
tur, *Surd. cons.* 473, *nu.* 25. 498. *num.* 25.
decis. 21. *nu.* 15. *Gail. lib.* 2. *obser.* 69. *nu.*
11. 101. *nu.*7. *Osasc. decis.*17. *nu.* 2. *Cyriac.*
contr. 126. *nu* 26. 328. *nu.* 15. quia nullus 18
videtur dolo facere, qui iure suo vtitur,
l. Nullus 55. *de regul. iur. lib.* 50. *P. tit.*17.
& ita non esse agendum actione iniuriarũ 19
contra eum qui curauit in carceres detru-
di suum debitorem demonstrat *Barz. de-
cis.* 134.
Quoniam autem non vnius generis 20
sunt iniuriæ, iuuat illas ad sua capita re-
ducere, & potissimum ad ea, quæ Vlpia-
nus I. C. proposuit *in l.* 1. §. *omnium* 2. *&
seq. de iniur. & famos. libellis. lib.* 47. *P.
tit.* 10. Iniuriam fieri, re, aut verbis. re
quotiens manus inferuntur, verbis quo-
tiens manus non inferuntur. Rursus om-
nem iniuriam inquit, *aut in corpus inferri,
aut ad dignitatem, aut ad infamiam perti-
nere. In corpus fit cum quis pulsatur ad di-
gnitatem, cum comes matronæ abducitur, ad
infamiam cum pudicitia ademptatur.*
Secunda est distinctio, per semetipsum 21
alicui fit iniuria. aut per alias personas per
semet, cum directò ipsi patri familias fit
iniuria. per alios, cum per consequentias
fit, puta liberis meis, vel seruis meis, vel
vxori, nuruiuè. *d. l.* 1. §. *Item* 3. vt infra
ostendam.
Iniuriam in corpus illatam secundum 22
Vlpianum, possumus alio nomine decla-
rare secundum *Petr. Bellug. in specul. Prin-
cip. Rubr.* 27. *num.* 42. offensam scilicet
personalem, & ad personam, cui subscri-
bit *Giurb. cons.* 86. *nu.* 20.

N 23. Cir-

23 Circa ſpeciem iniuriæ quæ infertur in corpus non leuis viget diſcrepantia inter noſtros DD. aliquibus exiſtimantibus, ex percuſſione in faciem manu lata inferri iniuriam atrocem, in contrarium alijs nitentibus: quod nó eſt magna admiratione dignum: magis moueor varietate quorumdam, qui modo atrocem, modo leuem inferri iniuriam reputant: nam *Viui. deciſ.* 46. in principio admittit eſſe atrocem iniuriam, & mox *nu.* 3. dicit eſſe modicam, & leuem iniuriam, & *nu.* 6. infert, legem loquentem de iniuria illata clerico non comprehendere eum qui dedit alapam. Pro affirmatiua quòd ſit atrox iniuria ſtat *Franciſ. Marc.q.*903.*nu.*12.*p.*1. & illam eſſe grauiorem quàm ſi eſſent illata vulnera obſeruat *Marta conſ.* 186. *num.* 10.

Contrarium voluit *Mar. Antonin. lib.* 3. *reſolut.* 11. *nu.* 16. quando carnis ſugillatio, vel macula non eſt relicta.

24 Diſſidium ceſſat ex qualitate perſonæ offenſæ: nam alapam inferens poteſtati punitur pœna capitis, *Viui. d. deciſ.* 46. *nu.* 8. *Ric. deciſ.* 31. *nu.* 1. *p.* 1. & ex Baldo notat *Gram. deciſ.* 36. *nu.* 4. quòd poterit pote-

25 ſtas eum ſtatim ſuſpendi facere: iniuria enim quę fit Magiſtratui vti atrocior atrocius eſt punienda, *Tiraq. de nobilitat. cap.* 28. *nu.* 6. etiam quòd Magiſtratus ſtaret ſyndicatui, *Tiraq. ibid. nu.* 7.

26 Alapa illata militi pariter eſt grauior iniuria, quàm ſi data eſſent vulnera, *Viui. d. deciſ.* 49. *nu.* 10.

Ex perſona quoq; inferentis talē iniu-

27 riam illa euadit grauior: quare ſi plebeius ſit illaturus alapam nobili, poterit occidi, *Viui. d. deciſ.* 46. *nu.* 12. quemadmodum

28 enim poteſt quis pro defenſione vitæ occidere, ita poterit pro defenſione honoris *Caſtil. deciſ.* 171. *num.* 3. *& ſeq.* eſt enim

29 iniuria adeo atrox, vt tradiderit *Bouadil. politic. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 43. animo deliberato, vel proditoriè inferentem alapam nobili minimè gaudere beneficio immunitatis Eccleſiæ, quam conſiderationem non reputat tutam *Caſtil. deciſ.* 156. *nu.* 8. quinimo contra verbalem iniuriam ple- 30
beij poterit nobilis factis vti *Cyriac. contr.* 126. *nu.* 37. *Gram. deciſ.* 13. *nu.* 11. etenim ſi vellet adire Iudicem, poſſet ſe deriden- 31
dum exhibere, quemadmodum in alio caſu conſiderat idem *Gram. deciſ.* 23. *n.* 1. 98. *nu.* 2.

Non ſolum autem infertur iniuria per 32
actum verberationis, verum etiam per actum propinquum, puta eleuando manū ante faciem minando verberari *Paul. Chriſtin. in ll. municipal. Mechlinien. tit.* 2. *art.* 4. *num.* 2. *Borrell. conſ.* 24. *num.* 9. & ideo poteſt agi actione iniuriarū, *Viui.* 33
deciſ. 161. 368. *num.* 3. vtili tamen *l. Item* 15. §. 1. *de iniur. & famoſ. libell. lib.* 47. *P. tit.* 10. & dicitur iniuria facto illata, ita 34
vt poſſit etiam facto propulſari *Mar. Muta deciſ.* 36. *nu.* 2. *& ſeq.*

Iniuria quæ fit verbis nedum expreſsè, 35
ſed etiam tacitè fieri poteſt, veluti ſi quis dicat, ego ille non ſum qui furtum feci, vel quando quis per ironiam deformem pulchrum dixerit, vel timidum Achillem, *P. Gregor. ſyntagm. lib.* 38. *cap.* 5. *nu.* 8.

Non definit eſſe verbalis quamuis ſit 36
ſcripta vt ſuadent verba I. C. *in l. Item apud labeonem* 15. *Ait Prætor de iniur. & famoſ. libel. Hæc autem ferè ſunt, quæ ad infamiam alicuius fiunt.* &c. *aut ſi carmen ſcribat, vel proponat, vel cātet aliquid, quod pudorem alicuius lædat.* notat *Bertaz. conſ.* 237. *nu.* 2. *Gail. lib.* 2. *obſer.* 104. *Magon. deciſ. Flor.* 25. *nu.* 2. Non tamen inde fit 37
vt debeat anno tolli, quoniam ſcriptura ſemper loquatur, vt obſeruat *Gail. d. obſer.* 104. *num.* 2. quem tamen nominatim reprobat *Fachin. controuerſ. iur. lib.* 9. *cap.* 9. Maior quidem iudicatur, vtpotè quæ & 38
conſulto facta ſit, & quæ diutius perſeueret in conſpectu hominum *P. Gregor. ſyntag. iur. lib.* 39. *cap.* 6. *nu.* 1.

Obijciens alicui quòd ſit Iudæus, ac de 39
Iudæorum parentella atrocem infert iniuriam, inquit *Peguer. deciſ.* 13. *num.* 11.

Dicens alicui quòd pauper eſt, illi iniu- 40
riam facere videtur, *Magon. deciſ. Lucenſ.* 26. *num.* 22. nam exprobratio infortunij 41
dome-

domeſtici, vera iniuria, vera contumelia eſt, *P. Aerod. rer. iudic. lib.6. tit. de iniur.*
42 *cap.* 26. ni id dicat gratia ius ſuum conſeruandi, *Ludouic. deciſ. Lucenſ.* 41. *nu.* 38. puta ad demonſtrandum non eſſe veriſimile, quòd grandem pecuniarum ſummam potuerit impendere pro altero.
43 Mentiram datam inferre iniuriam non eſt dubitandum ſecundum *Farinac. conſ.* 6. *nu.* 6. *Hector Felic. alleg.* 35. *num.* 13. etiam quod quis illam expreſſerit huiuſ-
44 modi verbis, *Tu non dicis verum*, *Nouar. deciſ.* 191. *nu.* 1. licet poſſint recipere interpretationem excludentem iniuriam, quia fieri poſſit vt dicat falſum errore ductus, & nō per dolū, *Felic. allegat.* 5. *nu.* 14. *&* 15. *Bertaz. conſ.* 152. *nu.* 11. In patria Mantuana talis formula loquendi indiſtinctè reputatur mentita *Cyriac. contr.* 126. *nu.* 38. *& ſeq.* difficultas in eo poſita
46 eſt, num præbeat iuſtam cauſam illam propulſandi facto, & percutiendi iniuriantem: Peguera affirmatiuam amplectitur: nam ſi quis vellet ex ea agere apud Iudicem irrideretur, *deciſ.* 78. *nu.* 40. *& ſeq.*
47 Et tamen iniuſtè ageret, ſi non obſiſteret: nam duo iniuſtitiæ genera eſſe ſcribit Cic. 1. offic. *Vnum eorum, qui inferunt: alterū eorum, qui ab ijs quibus infertur, ſi poſſunt, non propulſant iniuriam. Nam qui iniuſtè impetum in quendam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi manus videtur violentas afferre ſocio: qui autem nec defendit, nec obſiſtit ſi poſſit iniuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat.* Admonebat Dio lib. 55. hiſtor. Rom. *hominum illam eſſe ſententiam, priuato omnes iniurias eſſe perſequendas, ne vel contemptui inde habeatur, vel opprimatur: principem verò debere ea quæ in publicam rem peccantur vlciſci, priuatim in ſe admiſſa tolerare.* Alio
48 etiam nomine poſtet dici licere facto propulſare iniuriam illatam mediante mentita data, quando non eſſet in facultate eiuſdem conſulendi proprio honori verbis; quia mentitus non poteſt dicere: mentiris, *Eugen. conſ.* 59. *nu.* 35. *vol.* 2. Ex quo non datur retorquutio rētorquutionis *Socin. Iun. conſ.* 122. *nu.* 22. *vol.* 2. Cæterū ſupradicta opinio Peguerae non placuit *Farinac. conſ.* 35. *nu.* 28. quia iniuria verbalis, ſimili, & pari iniuria ſit propulſanda, & quì facto propulſat dicitur excedere 49 moderamen inculpatæ tutelæ, *Muta deciſ.* 36. *nu.* 36. *&* 37.

Verba, ſum nobilior te, non ſunt iniurioſa, quoniam comparatiuum ſupponat 50 51 poſitiuum, *Mar. Antonin. lib.* 3. *reſolut.* 11. *num.* 7. vt de verbis *ſono huomo da bene più di voi*, conſiderat *Felic. allegat.* 51. *nu.* 52 4. *& ſeq. p.* 1.

Verba, tu es cæcus, non leuem irrogant 53 iniuriam, & ſic prouocatum potuiſſe alapam inferre exiſtimat *Gram. deciſ.* 13. *nu.* 10. Inde etiam intelligimus non ſemper 54 verum eſſe, quòd verba debeant continere aliquam ſpeciem delicti, *Ludouic. deciſ. Lucenſ.* 4. *nu.* 35.

Iniurioſum eſt dicere, quem portare 55 magnam barbam, *Muta deciſ.* 36. *nu.* 3. Iniuriam in ſcriptis prolatā retinere verbalis iniuriæ naturam, ſcribit *Farinac. conſ.* 123. *nu.* 6. ſi tamen contineat improperationem alicuius delicti, non ſimplex iniuria reputatur, ſed dicitur libellus famoſus, 56 quando delictum, ſi verum eſſet, deberet pœna mortis puniri *Bertaz. conſ.* 237. *num.* 8. Hæc iniuria morte vindicatur, vt 57 obſeruat *P. Aerod. rer. iudic. lib.* 6. *tit. de iniurijs, & famoſ. libell. cap.* 1. vbi refert ex Tacito, Auguſtum tractaſſe hanc cognitionem ſpecie legis Maieſtatis. Et certè æquum fuit in tales ſæuire, quoniam ita inſidiantur famæ alienæ, vt nota etiam ad poſteros tranſeat: hi enim ſæpè occidunt: ſemel; quia homini ingenuo tolerabilius eſt vitæ, quàm famæ detrimentum: iterum, quia quæ benè ex anteacta vita memoria ſupereſt, damnatur maledicentia, Eam 58 pœnam fuiſſe lege 12. tab. impoſitam refert *P. Gregor. ſyntagm. lib.* 39. *cap.* 6. *nu. fin.* Anaxandrides poeta Comicus Rhodius, fame atq; inedia mori ab Athenienſibus coactus eſt, quòd eos optimas quidē leges habere, malis verò vti dixiſſet, refert

P. Gregor. syntagm. lib. 38. *cap.* 6. *num.* 7. Quæstionis est num conclusio procedat indistinctè, siue delictum sit verè patratū vel non. *Clar. in §. fin. q.* 68. *nu.* 25. eius est sententiæ non esse locum pœnæ, quando assistit veritas delicti, sequuntur *Plot. cons.* 35. *num.* 5. *Fachin. contr. iur. lib.* 9. *cap.* 11. & apud *Farinac. cons.* 30. *nu.* 54. & 156.

59 De essentia autem libelli famosi requiritur, vt in loco publico ponatur, vel proijciatur, ita vt non remaneat in secreto, quemadmodum obseruat *Farinac. q.* 105. *nu.* 185. & 487. nec non *cons.* 30. *nu.* 192. nam eo pacto detegeremus abfuisse animum iniuriandi, vt *d. cons.* 30. *num.* 153. & qui aliud teneret, diceret cogitationis pœnam esse subeundam: quia quod latet in bibliotheca, id adhuc quasi in animo lateat, vt apud *P. Aerod. rer. iudic. lib.* 6. *tit. de iniur. cap.* 2. Et quamuis multi existimauerint publicationem non esse necessariam, adhuc opinio contrarium sententium prodesset ad effectum excusandi à crimine, vt probat *Plot. cons.* 35. *num.* 6. & 12.

60 Porro libellum famosum positum in aliquo loco legens, & non auferens, neq; lacerans, sed dimittens ibi, & alijs manifestans, tenetur pœna libelli famosi, quia præsumatur auctor, *Gomez. variar. resolut. to.* 3. *cap.* 6. *nu.* 1. *Clar. §. fin. q.* 68. *nu.* 25. *ad finem*, *Menoch. de arbitrar. cas.* 263. *num.* 38. à qua pœna non eximitur licet vni, & non pluribus manifestauerit, con-
61 stetq; de authore ipsius libelli, quemadmodū probat *Peguer. decis.* 77. *n.* 10. & *seq.*

62 Iniuria verbis facta non tollitur honoris præfatione: frustra enim protestatur qui alteri dixit verba iniuriosa, quia is cōtra quem fuerunt prolata contraxit labem conuicij, *Couaru. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. *Gail. lib.* 2. *obser.* 101. *per totam*, addens esse protestationem contrariam facto, *Caball. resolut. criminal. cas.* 215. *nu.* 27. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 81. *nu.* 1. Ex mentita igitur data cum pro-
63 testatione, saluo honore, resultat iuris effectus, nempe iniuria, *Hector Felic. allegat.* 15. *nu.* 80. *p.* 1. Sunt qui distinguant 64
inter præfationem honoris factam ante prolatam iniuriam, & post: vt primo casu non agatur actione iniuriarum, secundo verò casu possit agi, refert *P. Gregor. syntagm. lib.* 38. *cap.* 5. *nu.* 5.

Cæterum tunc conducit quando res es- 65
set dubia, nam per illam declaratur animus protestantis, *Magon. decis. Lucens.* 26. *nu.* 31. *Ludouic. decis. Lucens.* 4. *nu.* 47. Insuper prodest si ex coniecturis colli- 66
gatur abfuisse animum conuiciandi, sed christiana intentione obiecisse vt remoueret à peccato, *Paul. Christin. in ll. Mechliniens. tit.* 2. *art.* 4. *nu.* 15.

In iniuriarum actione an deferri possit 67
iuramentum purgationis reo? *Gail. lib.* 2. *obser.* 106. cum temperamento quodam putat ei locum esse, videlicet si qualitas personæ persuadeat ab ea potuisse abesse animum iniuriandi, fortè quia verba præseferentia iniuriam sint prolata à persona coniuncta, vt credendum sit illam habuisse animum commonendi, non autem iniuriandi, accedit *Paul. Christin. in suis additam. ad ll. Mechlinien. pag.* 25. *vers. Num* 11. exemplum habemus apud *A. Fab. sui Cod. lib.* 9. *tit.* 20. *defin.* 9. vbi refert, quamdam mulierem pia affectione motam dixisse ei, qui vindictam criminis tempore sacrosanctæ hebdomadis prosequeretur, indignum esse, qui admitteretur ad epulas Diuini conuiuij, sed potius dignum esse, vt canis à Christianorum cōsortio repelleretur.

Quæri etiam potest num liceat regerere 68
iniuriam: *Capic. decis.* 58. refert tenentes istam reproperationem puniri, sed mitius: quoniam illam protulerit non se defendendo, sed vindicando, dum appellauit latronem illum, qui sibi obiecerat, quòd erat extirpator bonorum vniuersitatis, subiungit verò *nu.* 2. quòd si quis responderit illum mentiri, tunc non debere puniri: quod est æquum: inter vnum siquidem, & alterum casum illa est differentia, quòd in primo dicitur se vindicare, in

secundo

ſecundo verò ſe defendere, *Mynſing. cent. 5. obſer. 17. nu. 3. Bertaz. conſ. 349. nu. 3. 357. nu. 4. Barz. deciſ. 133. nu. 11. Caball. caſ. 154. nu. 2. & ſeq.* verba enim
69 prolata ad repellendum iniuriam non dicuntur iniurioſa, *Felic. allegat. 5. p. 1. Mar. Antonin. lib. 3. reſolut. 1. nu. 66. P. Gregor. ſyntagm. lib. 38. cap. 7. in fine*, & hanc ſententiam multis argumentis comprobat *Fachin. controuerſ. iur. lib. 9. cap. 12.* inter alia illud placuit *Muta deciſ. 36. num. 34.* quòd quemadmodum facto prouocatus poteſt ſe defendere factis, ita prouocatus verbis poterit reijcere iniuriam verbis.
70 Quod autem diximus reproperationẽ non tranſire inultã id non placuit *A. Fab. ſui Cod. lib. 9. tit. 20. defin. 3.* ſentiens licere incontinenti, vel eadem die, partem & etiam atrociorẽ iniuriam inferre, eiuſdem ſententiæ fuit *P. Aerod rer. iudic. lib. 6. tit. de iniur. cap. 32.* & comprobat authoritate Veſpeſiani, dicentis, *nõ oportere maledici Senatorib. remaledici, ciuile, faſq; eſſe* erit tamen cauendum, ne prouocatus reijciat conuicio diuerſum factum continente, vt obſeruat *Gail. lib. 2. obſer. 100. Caball. reſolut. crimin. caſ. 174. nu. 18. Paul. Chriſtin. in ll. Mechlinienſ. tit. 2. art. 4.*
71 *nu. 13.* Et ſi autem non ſit vetitũ contumelijs contendere, id tamen minimè laudandum, quoniam potius muliebre quàm virile reputat Homerus, vt refert *P. Gregor. ſyntagm. lib. 38. cap. 7. nu. 14.*

Liceret enim ambobus opprobria loqui.
Multa valdè, neq; nauis centiremis onus portaret.
Volubilis enim lingua hominum, multiq; inſunt ſermones
Omnigeni, verborum autem multa profuſio hinc atq; hinc.
Quale dixiſti verbum, tale audies.
Sed quid rixis, & opprobrijs nobis neceſſe eſt
Contendere mutuò contrà vt mulieres,
Quæ iratæ contentionem pernicioſam
Contendunt mutuò, mediã in viã euntes.
Multa vera & non: ira autem & iſta iubet.

In huiuſmodi autem contentiones facile prorumpunt, quia teſte *Iuu. ſatyr. 13.*
—— —— vindicta
Nemo magis gaudet, quàm fœmina.
Cæterum illud obſeruandum circa repulſionem faciendam incontinenti, quòd ſi 72
iniuratus ob timorem ne interficeretur, non illico irruit in iniuriantem, ſed poſtea perſequtus eſt illum, & percuſſit, non erit ideo minus excuſandus, dum tamen interuallum ſit breue, *Peguer. deciſ. 78. nu. 40.* vt etiam deberet excuſari quando 73
iniuria eſſet ſucceſſiua *Bellon. de his quæ incontinen. lib. 2. cap. 20. num. 5.* Amplius iniuriam realem, per quam honor remanſit læſus poſſumus propulſare quam primum poſſumus *Marta voto 206. num. 10.*
Secus dicendum quoad iniuriam factã 74
in perſonam, quam ſi non propulſaueris incontinenti, non reſtaurabis iacturam factam *Caball. reſolut. criminal. caſ. 204. nu. 444. & ſeq.*
Quamuis ad Iudicem pertineat dubi- 75
tari quæ nam ſit grauis, leuisuè iniuria, *Gratian. deciſ. March. 58. nu. 21.* tamen certas ſibi proponere debet regulas ad 76
quas dirigere debet ſuum iudicium, qualitatem facti, verborum, perſonæ, & loci *Franciſ. Marc. q. 822. p. 2. P. Gregor. Syntagm. lib. 38. cap. 3. num. 1. & 2. Peguer. deciſ. 13. nu. 19.* Vnde Prætor edixit: Cauſa cognita iudicium dabo, & prout quæq; res erit animaduertam, quod & Claudius Imp. ſequutus eſt. Nam num quid à Tribunis Plebis ſeruum eius in publico percuſſiſſet, & ſi imperatorium, quia tamen ſeruum, nihil aliud ſtatuit, quàm quod Tribuno abſtulit lictores: Deinde aliquo interuallo reſtituit. Ex aduerſo ſeruum ſuum, qui virum illuſtrem, probro affeciſſet, trahi in forum, ac flagris rumpi, necariq; iuſſit, refert *P. Aerod. rer. iudic. lib. 6. cap. 18.* vbi enim minor iniuriam infert maiori atrociorem facit iniu- 77
riam *Gratian. deciſ. March. 58. num. 20.* frequentia populi grauiorem reddit iniuriam, vt apud *Mutam deciſ. 36. nu. 29.*
Loci qualitas, iniuriam atrocem red- 78
dit,

dit, vnde si in theatro, vel in foro cædit,&
vulnerat, quamquam non atrociter atro-
cem iniuriam facit *l. sed est 9. §. 1. de iniur.*
& famos. libell. lib. 47. P. tit. 10. obseruat
Curt. iun. cons. 148. nu. 2. Menoch. de ar-
bitrar. cas. 263. nu. 24. & cons. 788. nu. 5.
Farinac. cons. 30. num. 28. P. Aerod. rer.
iudic. lib. 6. tit. de iniur. cap. 22. & 23.
Muta decis. 36. nu. 28. quando enim ex-
79 cessus est notorius, Iniuria dicitur grauis
propter scandalum quod generatur, *Mar.*
Anton. lib. 3. resolut. 11. num. 8. & 9. &
80 proinde dicitur iniuria atrox quando quis
fuit impulsus fugere per forum, & loca
publica Ciuitatis, *Bertaz. cons. 447. nu. 11.*
nam dicitur iniuria facta in conspectu,
quæ atrox dicitur ad differentiam illius
quæ fit in solitudine *l. Prator edixit 7. §.*
Atrocem 8. de iniurijs lib. 47. P. tit. 10.

De percussione facta in platea loquitur
Mar. Antonin. d. resolut. 11. num. 10.
81 qui non sentit idem quando esset facta in
porticu plateæ, *nu. 18.* Iniuria illata apud
82 Magistratum, & ipsa dicitur atrox, nam
Prætoris in conspectu, an in solitudine
iniuria facta sit, multum interest, *d. §.*
Atrocem. quia Rempub. quam despicit,
83 lædit *P. Aerod. tit. de iniur. cap. 21. Me-*
noch. de arbitr. cas. 263. num. 23. cons. 361.
num. 4.

Verum tamen est, quòd iniuria per se
leuis non fit atrox ratione loci *Ric. decis.*
228. nu. 5. p. 3. verum quidem est, quòd
vbi fit alicuius considerationis ratione lo-
ci, efficitur grauior, *Ric. decis. 245. nu. 5.*
p. 3. decis. 193. nu. 3. p. 2.

85 Iniuria crescit à loco vulneris, vt puta
si oculus fuerit læsus *l. Vulneris 8. d. tit. de*
86 *iniurijs.* luce enim nihil charius, *P. Aerod.*
rer. iudic. lib. 6. tit. de iniur. cap. 10. Me-
noch. de arbitrar. cas. 263. nu. 27. Iniuria
87 est grauior facta à fratre vel coniuncto, &
innuit Psalmista, *Si inimicus meus male-*
dixisset mihi subsitnuissem vtiq; tu vnani-
mis meus homo pacis meæ, in quo sperau.
Guazz. de pace q. 13. nu. 24. p. 1.

Eadem mens fuit Horatio.
Non expectato vulnus ab hoste tuli.

Ex persona quoq; iniuriata recipit aug-
mentum iniuria *Valenz. cons. 41. nu. 20.*
& reputatur iniuria quæ alias non esset.
Ecce qui honorem Magistratui non exhi- 89
bet iniuriam facit; Vnde cum C. Vetu-
rius Tribuno Plebis transeunti recusasset
via decedere, lictoriq; summouenti non
obtemperasset, damnatum eum esse ex-
tremo supplicio refert *P. Aerod. rer. iu-*
dic. lib. 6. tit. de iniur cap. 4. obseruat
quoq; *P. Gregor. syntagm. lib. 38. cap. 3.*
nu. 26. Iniuriam pariter facit minor Magi-
stratus non exhibendo reuerentiam ma-
iori Magistratui: Quare cum D. Decius.
Prætor, sedens pro Tribunali, non assurre-
xisset M. Æmilio Scauro, Consuli tran-
seunti: Consul iussit eum assurgere. Cũ
non sponte assurrexisset, Scaurus pro po-
testate se vindicauit Decij vestem scidit,
sellam concidit: ne ve quis eum pro Præ-
tore adiret, vetuit, refert *P. Aerod. rer. iu-*
dic. lib. 5. tit. de iniur. cap. 10. Qui Magi-
stratum nimia, atq; vlteriore familiaritate
excipit iniuriam facit: vnde cum quidam
plebeius, & antiquus cõtubernalis Seueri,
eum in legatione Proconsulis Africæ exi-
stentem, & fascibus præcedentibus, fuisset
amplexus: iussus fuit sub isto elogio ver-
berari: *legatum P. R. homo plebeius temerè*
amplecti noli. refert *P. Aerod. rer. iudic.*
lib. 6. tit. de iniur. cap. 5. Quidam Cyni-
cus philosophus, in Proconsulem, quòd
delicatior esset, corpusq; deliniret vnguen-
tis, asperè dum declamasset, in carcerem
ductus est, & vix fustium ictum, exiliumq;
effugit, refert *P. Aerod. rer. iudic. d. tit. de*
iniur. cap. 6. Qui verò manus violentas in 90
Magistratum inijceret capite plecteretur,
obseruat *Menoch. de arbitrar. cas. 263.*
num. 5. Ric. decis. 31. num. 5. p. 1. & non
erit relaxandus fideiussori dum pendet
processus *Franc. de March. q. 34. p. 2.* sem-
per enim quòd infertur iniuria superiori
per inferiorem, dicitur atrox iniuria *Fran-*
cis. Marc. q. 122. p. 2. Porro Magistra- 91
tus propriam iniuriam vindicat, si offensus
fuit tamquam Magistratus, & non parti-
culari odio, *Guaz. defens. 1. cap. 18. nu. 3.*
Fa-

92 Faciens iniuriam Doctori non relaxatur data cautione, quia est iniuria atrox, quæ est vindicanda pœna corporali, *Hieronym. Laurent. decis.* 58. *num.* 4. *Menoch. de arbitrar. cas.* 263. *nu.* 17. Nedum autèm
93 persona dum est in viuis consideratur, sed etiam quando migrauit ad aliam vitam, si quidem grauis est iniuria, quæ fit cadaueri *Guaz. q.* 68. *nu.* 9. *p.* 1.

Sunt multiplices casus in quibus iniu-
94 ria nobis fit mediante alterius persona, huc pertinet quod dicimus iniuriam illatã filio, vel filiæ censeri illatam patri, *Gram. decis.* 23. *nu.* 4. *decis.* 48. *num.* 14. *Muta decis.* 36. *nu.* 7. *Christofor. Mart. Medic. decis.* 69. *nu.* 40. *Valenz. cons.* 176. *nu.* 2. *Adrian. Negusant. q.* 285. *num.* 47. *Mar. Antonin. lib.* 3. *resolut.* 47. *nu.* 7. *Thomas Carleualius de iudicijs, lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *p.* 7. *sect.* 1. *nu.* 797. *vers. Ratio autem.*

Hæc conclusio fomentum recipit ab illo dicto Ecclesiastici c. 42. *Super filiam luxuriosam firma custodiam ne quando faciat te in opprobrium venire inimicus*, notat *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 4. *gl.* 28. *nu.* 23. Porro quod diximus de iniuria illata
95 filio procedit etiam quòd sit tantum filius naturalis; qui licet non sit potestati paternæ subiectus, est tamen vinculis affectionis obstrictus, *Guaz. de pace q.* 12. *num.* 3. *p.* 2. pater igitur aget actione iniuriarum aduersus venditorem filij, licet eumdem volentem distraxerit, *l.* 1. *§. Vsq; adeo* 5. *de iniur. lib.* 47. *P. tit.* 1. Hoc autem intelligi de actione iniuriarum Prætoria, & non de ciuili, quæ oritur ex lege Cornelia obseruat *Pascal. de patr. potest. p.* 1. *cap.* 10. *nu.* 3.
96 Sic pater non erit iudex in causa iniuriæ factæ proprio filio ex priuata causa, *Caball. resolut. criminal. cas.* 58. Et si offendat iniuriantem dicitur illum offendere ex propria causa, *Caball. resolut. criminal.*
97 *cas.* 289. *nu.* 4. Vice versa iniuria illata patri censetur illata filijs, *Menoch. cons.* 470. *num.* 7. & ita filius occidens de mandato
98 patris, eum qui contumeliam fecit patri, non reputabitur assassinus, quia offendit ex causa ad semet pertinente, *Caball. resolut. criminal. cas.* 289. *nu.* 4. Idem procedit respectu offensæ factæ matri *Bec. cons.* 99
85. *nu.* 13. nõ tamen filius habebit actionẽ iniuriarũ, vt habet pater, quoniã illa procedit à patria potestate, *Surd. decis.* 89. *nu.* 12.

Iniuria facta vxori censetur facta ma- 100
rito, *Viui. decis.* 167. *nu.* 3. *Barz. decis.* 132. *nu.* 4. *Giurb. cons.* 61. *num.* 12. *A. Fab. sui Cod. lib.* 9. *tit.* 20. *defin.* 3. *Ric. decis.* 18. *nu.* 6. 147. *nu.* 5. *p.* 3. vnde proprio nomi- 101
ne agit pro iniuria facta vxori, *Ric. decis.* 34. *nu.* 8. *p.* 3. *Giurb. cons.* 61. *nu.* 12. Inde quoq; colligimus volontatem reuocandi 102
legatum ob iniuriam factam propriẹ vxori, *Viui. decis.* 450. *nu.* 11.

Iniuria facta fratri meo censetur facta 103
mihi *Bertaz. cons.* 447. *nu.* 18. & ita iudex qui sit frater iniuriati, licet ordinarius, po- 104
terit recusari, *Osasc. decis.* 15. *num.* 6.

Iniuria facta vni de familia censetur 105
facta omnibus illius familiæ, *Gram. decis.* 5. *nu.* 12. 23. *nu.* 2. *Osasc. decis.* 104. *nu.* 3. *Ric. decis.* 134. *nu.* 7. *p.* 2. *Giurb. cons.* 61. *nu.* 13. *Felic. allegat.* 35. *nu.* 31. *p.* 1. *Valenz. cons.* 142. *nu.* 181. quia consanguinei nostri sunt quodammodo partes corporis nostri, *Borrel. cons.* 48. *num.* 39. & paria sunt facare contra personam alicuius, vel 106
facere contra aliquos ex sanguine suo, *Adrian. Negusant. q.* 283. *nu.* 17. ad quem autem vsq; gradum illos afficiat arbitrabitur Iudex, *Menoch. de arbitrar. cas.* 262. *nu.* 2. Hæc autem iuris, & Doctorum sen- 107
tentia accipienda est quo ad ea in quibus consideramus animi affectum, non autem quoad commodum, vt puta quòd is agere possit, vel pœnam conuentionalem consequi, *Menoch. de arbitrar. cas.* 262. *nu.* 4. & ita hæc causa erit sufficiens ad repellendum testem, *Honded. cons.* 102. *nu.* 64. *& seq. vol.* 1. *Borrell. d. cons.* 48. *nu.* 38. *& seq.* 66. *nu.* 26. *& seq.* Item procedit quo ad præiudicium ipsius iniuriantis: vt quemadmodum redderetur indignus legato si offenderet ipsummet testatorem, ita dum offendit consanguineum se pariter indignum reddit, *Menoch. cons.* 1189. *nu.* 19. *& seq.* Iniuriam

factam

108 factam ancillæ tunc dicimus intelligi factam domino, si facta fuerit in eius contumeliam, *Farinac. conf.* 147. *nu.* 18.

109 Iniuria facta socio meo itineris videtur facta mihi, *l. Item apud labeonem* 15. §. *Tenetur* 19. *de iniur. lib.* 47. *P. tit.* 10. & ideo licere mihi defendere socium in itinere obseruat *Bald. in l. Vt vim.* 3. *num.* 14. *ff. de iustit. & iur.* quia, inquit, verecundia fit mihi propter societatem: in tantum autem iniuria facta socio me ipsum tangit, vt illam inferens dicatur rum-
110 pere pacem mecum initam, obseruat *Farinac. q.* 107. *nu.* 388. quando tamen talem iniutiam reuoco ad animum, *Pascal. de patr. potest. p.* 1. *cap.* 10. *nu.* 36. & hoc
111 ipso repellor à testimonio dicendo, *Bald. in l. quoniam liberi.* 10. *nu.* 8. *Cod. de testib. Gram. decis.* 25. *nu.* 2. *Farinac. q* 60.
112 *nu.* 402. Hic autem obseruandum, ista esse accipienda de socijs, qui determinato proposito, & ab initio associati iter arripuerunt, quia si casu, vel alicuius negotij gratia reperti fuerint simul, non propriè dicentur socij, vt in simili tradit *Ang. ad l.* 1. *nu.* 3. *ff. ad leg. Iul. Maiestatis*, & in proprijs nostris terminis *Pascal. d. nu.* 36.

113 Si autem socius non propulsaret iniuriam cum posset, à socio, indignus esset consortio hominum, vt oraculum Delphium respondidit apud Ælianum *lib.* 3. *de var. hist. cap.* 43.

Occidi socium præsens es passus amicum,
Non tibi vaticinor, sacro te proripe templo.

Euripides in Iphigenia:

Sed tamen non absurdum est, etiam si alienus sit.
Si vir quis sit probus, periclitantes adiuuare.

Et qui non repellit à socio si potest iniuriam, tam est in vitio, quàm ille qui infert, scribit D. Ambros. 14. *q.* 5. *can. denique*, & in foro honoris maximo dedecori adscribitur, si alterum comitem non adiuuauerit *Guaz. de pace q.* 72. *nu.* 3. *p.* 1.

114 Tunc demum de iniuria agendum, quando illa fuit ad animum reuocata secundum *Bertaz. conf.* 215. *in addit. lib.* 6. quia in ea duo considerantur extrema vo- 115
lontas agentis, & volontas patientis, *Felic. allegat.* 71. *num.* 13. & hoc procedit quando damnum non est magnum, & interuallum temporis intercessit, notat *Viui. decis.* 55. *nu.* 3. Qui igitur non reuo- 116
cat ad animum dissimulat, & actioni iniuriarum nullum relinquit locum, *Bertaz. conf.* 473. *nu.* 10. *Viui. decis.* 300. *num.* 10. quemadmodum fecisse M. Catonem scribit Seneca cap. 33. de ira: *M. Catonem*, inquit *in balneo quidam percussit imprudens, quis enim illi sciens faceret iniuriam. postea satisfacienti, Cato, Non memini*, inquit, *me percussum. Melius putauit non agnoscere, quàm vindicare. Nihil, in quis, illi post tantam petulantiam mali factum est? Imo multum boni, cœpit Catonem nosse. Magni animi est iniurias despicere. Multi leues iniurias altius sibi dimisere, dum vindicant: ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ, latratus minorum canum securus obaudit. Minus*, inquit, *contemnemur, si vindicauerimus iniuriam, si tamquam ad remedium sine ira veniamus, nō quasi dulce sit vindicari, sed quasi vtile.*

Cæterum dissimulationis inanis erit al- 117
legatio, quando successiua erit iniuria, quia poterit illa quandocunq; reuocari ad animum: exemplum in vxore tacente per aliquod tempus, licet intelligat maritum habere rem cum pellice, *Bellon. de his quæ incontinen. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 9. Postquam 118
igitur reuocauerit ad animum, non poterit allegari dissimulatio, & si per aliquod tempus cessauerit à prosequutione, *Paul. Christin. in additam. ad sua comm. in ll. Mechlinens. fo.* 24. *vers. Art. IV.*

Et ne longius à nostro argumēto abea- 119
mus prudentis est non reuocare iniuriam ad animum: nam

Suauius nihil, nec musis aptius
Est, quàm ferre posse conuitiantem
Qui enim conuitijs petit, si petitus
Dissimulauerit, conuitia patitur inuitia inferens

Philemon in Edicazomeno.

Nihil

Nihil est iucundius, & docto viro dignius.
Quàm ferre posse conuitiantem
Quoniam si ille cui conuitium fit
Dissimulauerit, in ipsum authorem redundat.

Dicebat proinde D. Chrysostomus: *Si vindicare vis, sile, & funestam ei dedisti plagam. Vtiq; discerent exemplo Philippi Macedonum Regis vtilitatem ex conuicys capere: aiebat se his, qui Repub. Atheniensium administranda primores essent, plurimam habere gratiam, quòd suis conuicijs efficerent, vt ipse tum oratione, tum moribus euaderet melior: Dum conor*, inquit, *illos dictis pariter, ac factis mendacij conuincere.* Hoc nomine commendantur quamplures: Phocion præstantissimus, æquissimusq; Atheniensium Imp. inuidia, & calumnia proditionis insimulatus, cùm ad supplicium duceretur, & aliquis eum rogasset ecquid filio Phocio nunciari vellet, respondit, Volo ei dicas meis verbis, ne eius inuriæ, quæ mihi fit ab Atheniensibus, meminisse velit, refert *P. Gregor. syntagm. lib. 38. cap. 7. nu. 8.* Multoties quoq; est satius dissimulare, quàm vlcisci.

120 Potentiorum iniuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferendæ sunt, verùm etiam facient iterum, si fecisse crediderint, hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes, quos læserunt, & oderunt: nouissima vox est eius, qui in cultu regum consenuerat: Cum illum quidam interrogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectam: iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipsis. Sæpe adeo iniuriam vindicare non expedit, vt nefari quidem expediat, docet Seneca cap. 33. de ira. Cauendum tamen

121 ne id cui fatuitati adscribatur. *Perferre*, inquit Aristoteles, *contumelias, & suas negligere seruile est sanè. Qui namq; non irascuntur pro quibus oportet, et quibus oportet, fatui esse videntur*: & Ethic. lib. 4. cap. 5. *sunt enim omnis sensus, & doloris expertes, qui irasci nequeunt, nec propulsant iniuriã. Et sapius contingit, vt veterẽ ferendo iniuriam, nouam inuites*, author est *Aul. Gell. noct. Attic. lib.* 18. Nõ laudo tamen quosdam adeo suspiciosos, vt omnia in eorum contumeliam prolata existiment, Terent. in Adelphis actu 4. sc. 3.

Omnes quibus res sunt minus secundæ magis sunt nescio quomodo
Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.

Iniuria postquam fuit reuocata ad animum potest remitti nedum expresse, sed etiam tacitè, vt obseruat *P. Gregor. syntagm. lib. 38. cap. 7. nu. 10. Paul. Christin. in ll. Mechlinienf. tit. 2. art. 4. nu. 5. Farinac. cons. 127. nu. 22.* Circa expressam remissionem non est quòd multum laboremus, toti erimus circa argumenta inducentia tacitam remissionem, quam esse conducibilem publicæ tranquillitati conseruandæ agnouit Thrasylulus, qui legem obliuionis iniuriarum sanciuit: nam occisis vel eiectis triginta tyrannis Atheniensibus præpositis, videns populum in varias sententias fusum, exegit iusiurandum à ciuibus, se præteritas iniurias non recordaturos, refert *P. Gregor. syntagm. lib. 38. cap. 7. nu. 6.* 122 123

Inde fit vt existimemus remissionem iniuriæ iudicari factam in perpetuum, & non ad tempus. *Viui. decis. 55. nu. 6. Honded. cons. 87. nu. 61. vol. 2.* ni versaretur publicum interesse, vt in iniuria illata publico ministro, quam ipse remittere nequit *Xammar. de officio Iudicis, & aduocati p. 1. q. 2. nu. 64.* Inter signa reconciliationis, & remissionis iniuriæ, quæ multiplicia sunt, vt obseruat *Guazz. de Pace q. 4. nu. 3. p. 1.* primum locum tenet manus ad inuicem iungere, *Viui. decis. 300. nu. 2. Ian. Langlæ semestr. lib. 3. cap. 5. pag. mihi* 169. Ad inuicem ridere, *Paul. Christin. in ll. Mechlinienf. tit. 2. art. 4. nu. 5.* Ad inuicem se salutare, *Viui. d. decis. 300. nu. 4. Ian. Langl. d. pag. 169. Honded. cons. 87. nu. 64. vol. 2.* Bibere simul in eodem poculo, & sedere ad eamdem mensam, *Viui.* 124 125 126 128 129 130

d. decis. 300. *num.* 5. *Honded. d. cons.* 87. *num.* 65. *Paul. Christin. in suis additam. p.* 25. *vers. Nota hic*. Conuersari insimul *Vi-*
131 *ui. d. decis.* 300. *num.* 6. Legare ipsi iniurianti Ibid. *nu.* 7. vbi etiam considerat dationem tutelæ *nu.* 8. & venditionem feudi *nu.* 9. quod tamen non caret dubio: quoniam ex contractu vltro citroq; obligatorio non inducatur remissio iniuriæ, quia sit actus quodammodo necessarius, aliud
132 esset quando ageretur de contractu gratuito, *Bertaz. cons.* 361. *nu.* 5. & 6. Hæc tamen non erit sufficiens ad producendũ effectũ vt offendens post huiusmodi actus suum inimicum dicatur pacem fregisse,
133 *Guaz. de pace q.* 80. *num.* 9. *p.* 1. Sciendum autem non licere remissam iniuriam ex pœnitentia recolere, *l. Non solum* 11. §. 1. *de iniur. & famos. libell. lib.* 47. *P. tit.* 10. §. *vltim. Instit. eo. tit.*

134 Remittens iniuriam non censetur remittere damna, & interesse, *Honded. cons.* 87. *nu.* 69. *vol.* 2. *Surd. decis.* 261. *num.* 4. *Mynsing. cent.* 4. *obser.* 10. *Francis. Marc. q.* 192. *nu.* 4. *p.* 2. *P. Gregor. syntagm. lib.* 38. *cap.* 7. *nu.* 11. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 518. *num.* 14. quia ex iniuria oritur duplex
135 actio: vna ad pœnam, alia ad damna, & interesse, *Caball. resolut. crimin. cas.* 248. *nu.* 3. *Cancer. variar. resolut. p.* 2. *cap.* 11. *nu.* 91. & *seq.* diuersa siquidem inter hæc duo militat ratio: iracundiam quis condonare debet, estq; laudabile, & si ad eam deueniat minor non dicetur læsus, neq; impetrabit restitutionem in integrũ *Gra-*
136 *tian. d. cap.* 518. *n.* 11. & *seq. Cancer. variar. resolut. p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 248. damna condo-
137 nare nemo compellitur, notat *Paul. Christin. in suis additam. p.* 25. *vers. Quæri hic Bertaz. cons.* 152. *nu.* 1. quia istud non pertinet ad salutem animæ *Gratian. decis. March.* 58. *in addition. nu.* 4. Illud quidem primum est necessarium, *Diligite* inquit lex Diuina *inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos*, vt refertur, *can. Cum in lege* 16. 23. *q.* 4.

138 Pœna quæ pro iniurijs infligebatur ex leg. XII. tab. erat admodum leuis: *Si iniuriam*, inquit, *alteri facit, vigintiquinque æris pœnæ sunto*; sed mox in desuetudinem abijt, & acrior irrogata: inclusiuè vsque ad mortem si atrocitas iniuriæ id postularet *Hieronym. de Federic. resolut. criminal.* 4. *num.* 8. vsu enim compertum est pœnam leg. 12. tab. indictam ludibrio habitam: etenim l. Neratius, homo egregiè improbus, pro delectamento habuit, os liberi manus suæ palma verberare, quẽ seruus sequebatur crumenam assium plenam portitans, cui iubebat statim secundũ XII. tab. numerare quinque, & viginti asses ei, quem depalmauerat, refert *Tholosan. syntagm. iur. lib.* 38. *cap.* 1. *nu.* 5.

Iniuriarum crimen de iure communi, 139
& de iure Regni est priuatum *Intrigl. decis.* 19. *nu.* 12. quamuis apud *Polyb. lib.* 2. *Histor.* legatur, *optimum morem esse Romanis priuatas iniurias publicè vindicandi.*

Apud Athenienses quilibet de populo 140
admittebatur ad iniuriarum actionẽ proponendam, legis meminit Demosthenes: *Si quis aliquem contumelia affecerit, siue puerum, siue mulierem, siue virum, ingenuas vel seruas, aut aliquid in interdictum legibus in eum eorum aliquem admiserit, eum quicunq; volet Atheniensium, cui id licet, deferat apud sex viros. at sex viri actionem dent intra dies triginta apud Heliaam, ab eo die quo res in iudicium delata erit, nisi publicum aliquid impediat, sin minus cum primum fieri poterit. Qui verò damnatus fuerit, illi Hæliçæa statim crimen æstimet, quid licere, aut soluere debere videatur. Qui verò priuata iudicia dictauerunt ex lege hac, si quis non persequutus fuerit actionem, aut persequutus quintam suffragiorum partem non tulerit, is mulctã ærario mille drachmas soluat: Sin contumelia pecunijs æstimata fuerit, vinciatur, si ingenuum iniuria affecerit, donec soluerit.*

Non leue viget dissidium inter DD. nũ 141
Iudex debeat vltra alias pœnas, condemnare quoq; reum ad satisfactionem iniuriæ, quæ fit mentiendo, veniam petendo, & famam restituendo; quia æquitas suadeat fieri restitutionem famæ, & honoris

illis

illis qui eius læsionem passi sunt propter conuitia obiecta. Hæc ratio non omnino placuit Rotæ Marchiæ vt testatur *Grattan. decis. 195. nu. 3. & seq.* quia huiusmodi satisfactiones secundum consuetudinem fiunt ex voluntate partiũ, quan-
142 do volunt concordes esse. Cæterum ibi in additione notat rigorosam esse satisfactionem palinodiam canere, quoniam irrogat ignominiam, iniuriam siquidem cogitur recantare ijsdem verbis, non satisfacientibus æquipollentibus, ad huiusmodi satisfactionem respexit Flaccus *lib. 1. carm. od. 6.*

—— dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobrijs, animumq; reddas.

Recantatio est aperta: Dum contumeliosus esse voluit, sic est effatus:

O matre turpi filia turpior,

dum voluit satisfacere recantauit,

O matre pulcra filia pulcrior.

Fuit autem vsitatus hic modus satisfacien, vt in prouerbium abierit, Palinodiam canere,

SVMMAE.

Quo tempore lites finiantur uu. 1.
Instantiæ appellatione quid contineatur n. 2.
Instantia potest breuiari nu. 3.
Statuto nimirum nu. 4.
Rescripto Principis nu. 5.
Consensu partium nu. 6.
Instantia abbreuiata per statutum potest prorogari vsq; ad terminum iuris communis nu. 7.
Debet fieri durante instantia nu. 8.
Instantia non currit dum disputatur num causa sit compromissibilis nu. 9.
Non currit pendente recusatione iudicis num. 10.
Non currit pendente articulo vsurarũ n. 11.
Donec partes altercantur coram arbitro ex compromisso nu. 12.
Appellationis tempora sunt fatalia n. 13.
Non currit quando stetit per partem ne causa expediretur nu. 14.
Reus venit cõdemnandus in expensis quando remoratur expeditionem nu. 15.
Actor debet probare impedimentum fuisse causam immediatam ne causa expediretur nu. 16.
Protestationem non esse necessatiam nu. 17.
Appellationis tempora non currunt quando stat per iudicem nu. 18.
Declara nu. 19.
Impeditus non reputatur qui potest remouere impedimentum nu. 20.
Instantiam non esse peremptam in dubio pronuntiandum nu. 21.
Instantia perempta pereunt omnia acta iudicij nu. 22.
Acta iudicij dicuntur illa quæ tendunt ad illius ordinationem nu. 23.
Expensis refectis causa de nouo agitatur nu. 24.
Expensarum periculum pertinet ad actorem nu. 26.
Acta repetita remanent in suo statu nu. 26.
Accusator elapso biennio non repetit accusationem nu. 27.
In causa appellationis perempta instantia perit ipsum ius nu. 28.
Princeps solus insuflat spiritum nu. 29.
Id facit sæpius ad libitum nu. 30.
Restitutio in integrum sæpius conceditur num. 31.
Instantia in causa criminali cum discretione concedenda nu. 32.
Instantia non currit in consistorio Principis num. 33.
Cur num. 34.
Instantia perempta quod fit coram iudicibus est nullum nu. 35.
Iudex non potest facere per suam pronuntiationem quòd instantia perempta non sit perempta nu. 36.
Iudex appellationis non debet reformare sententiam nullam ob defectum instantiæ num. 37.
Potest tamen nu. 38.
Instantia perempta non perimuntur illius effectus nu. 39.
Declara num. 40.
Mala fides non causatur ex iudicio agitato

coram iudice incompetente nu. 41.
Effectus litis pendentiæ ceſſat perempta inſtantia nu. 42.
Res poteſt alienari perempta inſtantia n. 43.
Contra nu. 44.
Inſtantia tranſit in hæredem nu. 45.
Mulieris hæres proſequitur iudicium inchoatum contra maritum nu. 46.
Neq; inſtruitur nouus proceſſus nu. 47.
Cauſa libertatis mortua perſona eſt finita num. 48.
Bannitus non poteſt habere hæredem n. 49.
Inſtantia tranſit in Fiſcum ſi ſit hæres, & non vindictæ ſucceſſor nu. 50.
Inſtantia tranſit ad filium nu. 51.
Declara nu. 52.

INSTANTIA.

CAP. XV.

Voniam cordi fuit Imp. Iuſtiniano proſpicere ne li-
1 tes immortales fierent, & vitæ hominum modũ excederent, ſanxit illas ſuper pecunijs quantęcunq; quãtitatis non vltra trienij metas poſt litem conteſtatam eſſe protrahendas, criminales verò cauſas biennio concluſas eſſe voluit *l. Properandum* 13. *de iudicijs. lib* 3. *Cod. tit.* 1. Qui litigant debent huiuſmodi tempora obſeruare, & intelligere illa initium ſumere à conteſtatione litis, & perduci ad ſententiam ſi continget illam ferri, vel ad triennium, vel biennium iuxta
2 præcedentẽ definitionem: quicquid medio illo tempore iudicij exercitatur, Inſtantiæ appellatione continetur, *Franciſ. Curtius in l. Poſtquam liti. Cod. de pact. nu.* 3. *Repet. vol.* 7. *fo. mihi* 153.

3 Tempus prædictum, ſiue inſtantiam cauſæ poſſe breuiorem reddi eſt certum, quoniam non tendit ad immutandam pu-
4 blicam vtilitatem: & inde eſt quòd ſtatu-
5 tutis paſſim abbreuiatur inſtantia, vt etiã reſcriptio Principis, quando mandat officiali, vel delegato, quòd cauſam intra ſemeſtre tempus expediant: nam finito tali tempore interibit inſtantia. Porro quando eſt abbreuiata inſtantia per ſtatutum illa incipit currere à die conteſtationis litis, ſicut inſtantia iuris communis: ſed quando fit per reſcriptum Principis, incipit à die præſẽtationis reſcripti, *Mynſig. centur.* 3. *obſer.* 46. Poterit quoq; ab- 6
breuiari inſtantia conſenſu partium, quia id tendit in fauorem publicum, vt lites citius finiantur, *Mynſig. centur.* 3. *obſer.* 47.

In prorogatione diuerſa militat ratio: 7
quoniam illa nõ eſt in facultate partium, niſi quatenus ageretur de inſtantia abbreuiata per ſtatutum; nam poterit prorogari vſq; ad terminum à iure communi præfixum, quia tunc non læditur ius publicum, *Gratian. deciſ. March.* 31. *num.* 8. *& ſeq.* Quòd ſi agendum ſit de prorogatione inſtantiæ iuris communis; talis facultas eſt peculiaris ipſius Principis *Io. Franciſ. del Caſtillo deciſ.* 11. Si verò agatur de facultate ipſiſmet partibus cempetente, diſtinguendum eſt inter inſtantiam cauſæ principalis, & inſtantiam appellationis. In priori caſu nõ admittitur prorogatio, quia lapſus non eſt adeo præiudicialis, vt eſt in ſecundo caſu: nam per lapſum triennij nõ perit ius cauſæ principalis, quemadmodum perit lapſo biennio cauſę appellationis, *Mynſing. centur.* 3. *obſer.* 48. *Gail. lib.* 1. *obſer.* 141. *num.* 5. *&* 6. In omnem 8
autem euentum prorogatio erit facienda durante ipſa inſtantia: quandoquidem quod non eſt, prorogati nõ valet, *Zuchar. deciſ. Lucenſ. ciuili* 27. *nu.* 6.

Multum quoq; refert ſcire in hoc argumento quando inſtantia non currat: etenim varij ſunt caſus in quibus curſus curſus inſtantiæ retinetur. Quando pendet articulus præiudicialis qui reddit dubiam iuriſdictionem iudicis, quia non poteſt interim procedere ſuper negotio principali per iniquum foret, vt deberẽt actori currere tempora, dum non habet iudicem qui ſibi iuſtitiam miniſtret: exempli gra- 9
tia ſi diſputaretur num cauſa eſſet compromiſſibilis, *Bald. conſ.* 390. *num.* 1. *lib.* 1.

Iaſon.

Iason. cons. 35. *nu.* 5. *vol.* 1. vbi varijs similibus prædictam conclusionem firmat;
10 huic affine est quod dicitur proposita recusatione iudicis, & ea pendente non currere instantiam, *Curt. Iun. conf.* 312. *num.*
11 28. *& seq.* Aliud exemplũ se nobis offert: si incidat articulus vsurarum durante illa cognitione coram Iudice Ecclesiastico nõ currit instantia, *Abb. in cap. Venerabilis.* 20. *nu.* 10. *de iudicijs lib.* 2. *D. tit.* 1. *Alex. cons.* 68. *nu.* 1. *lib.* 7. *Capyc. decis.* 11. *nu.* 10. *Scac. de appellat. cap.* 2. *q.* 15. *nu.* 317. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 61 *num.* 3. In-
12 stantia non currit donec partes altercantur corã Arbitro ex compromisso, *Adrian. Negusant. q.* 135. *num.* 10. quod intelligit *Capyc. decis.* 11. *num.* 17. de instantia appellationis, & nõ de prima instantia: ratio differentiæ assignatur à *Scacc. de appellat.*
13 *q.* 15. *nu.* 322. quia tempora appellationis sunt fatalia, & ijs peremptis perit causa, non ita in prima instantia, quia ea perempta non perit causa: quam considerationem fecit *Fel. ad cap. Venerabilis* 20. *nu.* 13. *de iudicijs lib.* 2. *Decr. tit.* 1. *Panorm. ad idem cap. nu.* 14. Aliam rationem assignat *Blanc. de compromiss. q* 6. *nu.* 6 quòd tempus primæ instantiæ sit inuariabile, & tempus appellationis multis ex causis al-
14 teratur. Instantiæ tempus non currit parti, si steterit per aduersarium quin causa expediretur, *Gail. lib.* 1. *obser.* 91. *nu.* 9. *Tes. decis.* 10. *nu.* 11. *Mastril. decis.* 185. ne reus ex dolo suo commodum reportet, *Cancer. var. resolut. p.* 3. *cap.* 18. *num.* 102. *& seq. Peregr. decis. Pataui.* 146. *num.* 1. *Adrian. Negusant. q.* 135. *nu.* 1. imo ipse reus ve-
15 niret condemnandus in expensis, *Gratian. decis. March.* 120. *nu.* 11. *Gram. decis.* 69. *num.* 3. poteritq; iudex non obstante lapsu temporis proferre sententiam, *M. Anton. Thomat. decis.* 48. *nu.* 14. Debebit autem probare tale impedimentum, addendo il-
16 lud fuisse causam immediatam, ne faceret quod sibi incumbebat, *Gratian. decis. March.* 34. *nu.* 17. *M. Anton. Thomat.*
17 *decis.* 102. *num.* 17. Et quamuis aliquibus placueeit debere per impeditum emitti protestationem, nihilominus *Gratianus decis.* 120. *nu.* 9. profitetur illorum opinionem no esse sequendam per iudices, qui potius deben t inn ti veritati, quàm apici- 18
busiuris. Quando stat per iudicem quominus in causa appellationis procedatur, tempora appellatinnis ipso iure non currunt, *Gail. lib.* 1. *obser.* 91. *nu.* 10. si tamen 19
non potuit sibi consulere per recursum ad superiorem, *Tesaur. decis.* 10. *nu.* 12. *Menoch. cons.* 380. *nu.* 29. *& seq. Marescott. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 74. *num.* 5. neq; 20
enim potest reputari impeditus qui potest impedimentum remouete *Surd. cons.* 8. *nu.* 25. Non scrupulosè tamen procedet iudex in his causis impedimentorum: nam in- 21
stantiam non esse peremptam in dubio iudex pronuntiare debet, *Menoch. cons.* 762. *nu.* 11. semper enim in dubio pronunciandum pro non desertione, *Barz. decis.* 32. *num.* 12.

Iustantia perempta pereunt omnia acta 22
iudicij non causæ, *Francis. Curt. in l. Postquam liti. nu.* 19. *Cod. de pact. Repet. vol.* 7. *fo. mihi* 154. *Zuch. decis. ciuil. Lucens.* 27. *nu.* 25. Porro acta iudicij dicuntur illa, quæ 23
tendunt ad litis ordinat ionem, prout est libellus, litis contestatio, terminus probatorius, satisdatio, & alij similes actus. Acta causæ dicuntur illa quæ tendunt ad litis decisionem, prout sunt depositiones testium, instrumenta, & confessiones, & alia similia acta probatotia, *Afflic. decis.* 148. *num.* 3. *Guid. Pap. q.* 136. *Capel. Tholos. decis.* 180. *nu.* 2. *Gail. lib.* 1. *obser.* 103. *nu.* 1. *Rot. apud Farinac. decis.* 182. *nu.* 3. *p.* 1. *in recentiss. Marant. speculi p.* 5. *in verbo, Et omnia fiant durante instantia num.* 55. *Tort. ad stat. Papiæ Rubr.* 1. *num.* 233. *Cabed. decis.* 15. *num.* 8. *p.* 2. *Cancer. variar. resolut. p.* 3. *cap.* 16. *nu.* 57. Vnde refectis expensis, etiam quòd in rescripto Princi- 24
pis nulla legatur facta mentio expensarum *Cartar. decis.* 24. *Mastril. decis.* 70. *nu.* 13. potest causa de nouo coram iudice agitari, & omnia acta instantiæ vnico ictu repetentur, *Adrian. Negusant. q.* 151. *n.* 2. 25
Expensarum solutio non erit facienda à

reo

reo petente insuflationem, quia expensa-
rum periculū pertinet ad actorem, Gram.
26 decis. 91. Acta repetita non recipiunt no-
uam solemnitatem deficientem, sed re-
manent in eodem statu validitatis, vel in-
ualiditatis, Gratian. disceptat. forens. cap.
27 312. nu. 42. Hæc non procedunt in causa
criminali, quia elapso biennio nō auditur
vlterius accusator volens iterare suam ac-
cusationem, Mynsing. cent. 3. obser. 50.
Surd. cons. 199. nu. 1. 266. nu. 24. Capi-
blanc. de Baronib. pragm. 6. nu. 40. Cœte-
28 rum quod diximus perempta instantia nō
perire acta causæ accipiendum de instan-
tia causæ principalis: nam in causa appel-
lationis perempta instantia perit ius ipsū,
& causa. Mastrill. decis. 66. nu. 11.
29 Soli autem Principi competit facultas
insuflandi spiritum instantiæ, est enim de
reseruatis eidem, notat Francis. del Castil-
lo decis. 11. nu. 17. & seq. Surd. cons. 199.
nu. 22. & seq. Menoch. cons. 380. nu. 40.
Gall. cons. 109. nu. 22. Sola ad decret. Sa-
baud. de iudiciys gl. 3. nu. 7. pag. mihi 244.
Giurb. decis. 36. nu. 11. Mastrill. decis. 70.
nu. 8. Id autem facit toties quoties ei pla-
30 cuerit, Costa remed. subsid. 94. nu. 6. & sic
sæpius, Surd. cons. 199. nu. 13. Capyc. de-
cis. 165. tertio posse inspirari spiritum no-
tat Gram. decis. 69. à quo non dissentit
Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. nu.
31 370. & seq. ad exemplum restitutionis in
integrum quæ sæpius conceditur. Polyd.
Ripa obser. 330. Vrsill. ad decis. 346. nu. 5.
dicit etiam centies fieri posse, quemadmo-
dum posset Deus millies resuscitare mor-
tuum. Difficultas in eo posita est: num
32 indistinctè id faciat Princeps, siue causa sit
criminalis, siue ciuilis: affirmatiuam de-
fendit Surd. cons. 199. num. 13. & seq. &
nu. 18. subiungit id magis licere in causa
criminali, quoniam in causis criminalibus
maiorem potestatem habeat Princeps, ad-
monet tamen nu. 23. id esse faciendum cū
sale discretionis, puta inspecta sceleris
magnitudine.
33 Ad istud beneficium non erit necessa-
rium recurrere postquam causa semel fuit
introducta in consistorio Principis, quia
instantiam non habent huiusmodi causæ
Papon. lib. 12. tit. 3. ar. 17. Menoch. de
arbitrar. lib. 1. q. 8. nu. 22. id esse recep-
tum in Curia Romana testatur Gratian.
disceptat. forens. cap. 403. nu. 9. multitu- 34
do autem causarum id postulat Tesaur.
decis. 10. nu. 16. Mynsing. cent. 2. obser.
48. & quia nō fit in potestate partium fini
huiusmodi lites tradere, Gail. de pace pu-
blic. lib. 1. cap. 9. nu. 15. Coram verò de-
legato ab ipso Principe erit seruanda in-
stantia Menoch. cons. 790. nu. 9.
Instantia perempta quicquid coram iu- 35
dicibus fit, nulliter fit, & sententia inde fe-
renda nullius est efficaciæ Magon. decis.
Flor. 55. Rota apud Farinac. decis. 564. p.
2. in recentior. Ludouic. decis. Lucens. 24.
num. 14. Caroc. de remed. aduersus sentent.
except. 127. Peregrin. decis. Patau. 146. nu.
1. quod procedit etiam nulla facta oppo-
sitione peremptionis instantiæ, Zuchar. de-
cis. 27. nu. 3. nam iudex non potest facere 36
per suam pronunciationem, quòd instan-
tia quæ est perempta, non sit perempta: &
quia ipsius iudicis iurisdictio remanet ex-
tincta, Surd. cons. 160. nu. 22. Et adeo est 37
nulla, vt non debeat iudex ad quem illam
confirmare, neq; reformare, Anton. Mo-
nach. decis. Lucens. 40. nu. 1. & seq. eius
enim partes sunt in declarando sententiā
nullam, tamquam latam post peremptam
instantiam, Zuch. Rot. Lucens. ciuil. decis.
29. nu. 7. Posse tamen illam confirmare si 38
voluerit notat Gratian. disceptat. forens.
cap. 40. nu. 30.
Instantia perempta non perimuntur il- 39
lius effectus, inductio malæ fidei, & actio-
nis perpetuatio: actus enim perfectus nō
vitiatur, licet peruenerit ad eam causam
á qua incipere non posst. Si tamen instan- 40
tia esse perempta ob ineptitudinem libelli,
perirent omnia acta ordinatoria iudicij,
etiam quoad effectus iuris, qui alias non
perirent, puta quo ad interrumpendā præ-
scriptionem, Gail. lib. 1. obser. 67. num. 3.
Non etiam manet effectus malæ fidei 41
quando litis contestatio facta fuit coram
iudice

iudice incompetente *Capyc. decis.* 11. *n.* 5.
42 Insuper perempta instantia silet exceptio litis pendentiæ, *Merlin. controuers. forens.* 81. *nu.* 10. neq; consideratur aliquod vi-
43 tium litigiosum: & ita post peremptam instantiam poterit res alienari *Cabed. decis.* 15. *nu.* 15. & 16. *p.* 2. *Gall. cons.* 112. *nu.* 31. *Peregr. decis.* 146. *nu.* 7. Quando nimirum est perempta per lapsum temporis, & non per absolutionem ab obseruatione iudicij, *Cancer. variar. resolut. p* 3. *cap* 16.
44 *num.* 57. quod tamen non liceat alienare tenet *A. Fab. Cod. lib.* 3. *tit.* 8. *defin.* 2. *Hector Felic. p.* 3. *allegat.* 43. *nu.* 18. *Aufrer. ad Capell. Tholos. q.* 180. *num.* 3. & quòd perempta instantia non pereat vitiū litigiosi scribit *Surd. cons.* 429. *nu.* 59.

45 Instantia transit in hæredem *Mynsing. cent.* 1. *obser.* 85. *Surd. cons.* 189. *nu.* 12. 222. *nu.* 10. *Gail. lib.* 1. *obser.* 37. *num.* 7. transitq; actiuè & passiuè, *Alciat. lib.* 6. *cons.* 22. *nu.* 1. *Fontanel. decis.* 143. *nu.* 16. Qua-
46 re si vxor mouit iudicium aduersus maritum adulterum ad priuandum ipsum lucro dotali, poterit eiusdem mulieris hæres iudicium prosequi, *Cyriac. controuers.* 527. *nu.* 36. Dicebat autem *Mynsing. d. obser.*
37 85. vno verbo omnia acta, & actitata præhabiti iudicij repeti, ita quòd nō instituatur nouus processus cum hærede, & hanc esse conclusionem verissimam, & indubitatam dicit *Negusant. q.* 79. quæ translatio nō fit ipso iure, sed quidem post transmissam citationē ad videndum fieri translationem iudicij, & super hoc suum interponit decretum Iudex, *Marta cons.* 83. *nu.* 8. & 9. Quòd si sint causæ quæ cum morte actoris, vel rei moriantur, instantia, & ipsa
48 finietur, nec transibit ad hæredem: veluti si pendente lite super libertate persona moriatur, *Fontanel. decis.* 143. *nu.* 5. Pariter si qui inchoauit iudicium fuerit bannitus frustrà quæretur de transitu instantiæ in
49 hæredem, ex quo statim iudicium extinguitur, & bannitus non possit habere hæredem, *Menoch. cons.* 550. *num.* 7. Dum Fiscus est hæres in eum quoq; transit instantia, *Surd. cons.* 222. *nu.* 18. *Alciat. lib.* 6. *cons.* 22. *num.* 2. at quando est vindictæ 50
successor, quia non repræsentat personam sed illam anichilat, non ligatur instantia, *Barbos. ad l. si constante* 25. § *fin. nu.* 20. *ff. soluto matrim. Menoch. cons.* 550. *nu.* 7. *Christof. de Paz. de Tenuta cap.* 81. *nu.* 9. & *seq.* Instantia inchoata cum patre tran- 51
sit post mortem ad filium, nec opus est nouo iudicio, idq; procedit etiam si non sit 52
hæres, *Cornaz. decis.* 145. *nu.* 5. puta si lis per patrem mota fuerit de nobilitate, quæ filio vt filio competit, instantia transit à patre in filium, *Menoch. cons.* 904. *nu.* 76.

SVMMAE.

Instrumentum facit rem claram nu. 1.
Est probatio probata nu. 2.
Habet vim diffinitionis causæ nu. 3.
Vbi adest instrumentum ibi nulla viget dubitatio nu. 4.
Ibi dicitur adesse casum legis nu. 5.
Instrumentum non habet virtutem donec disputatur de eius fide nu. 6.
Instrumentum carens signo Notarij non facit rem notoriam nu. 7.
Instrumentum Notarij mortui potest leuari in authenticam formam licet careat signo num. 8.
Facit semiplenam probationē licet deficiant aliqua necessaria nu. 9.
Et quandoq; plenam nu. 10.
Mors Notarij habet vim signi nu. 11.
Instrumentum liquidum habet executionem paratam nu. 12.
Instrumentum locationis quando non dicatur liquidum nu. 13.
Instrumentum debet esse liquidum etiam respectu personarum nu. 14.
Celebratum in præsentia Principis habet executionem paratam nu. 15.
Deperditum si probetur per testes non habet executionem paratam nu. 16.
Aliud instrumentum, aliud contractus in instrumento nu. 17.
Annullatio instrumento non annullatur cōtractus nu. 18.
Declara nu. 19.

Ad faciendam nouam ſcripturam inſtrumenti quæ deſiderentur nu. 20.

Inſtrumentum eſt exequendum non obſtante oppoſitione ſi pro eo facta eſt ſententia nu. 21.

Inſtrumentum probat inter eos qui mandauerunt illud fieri nu. 22.

Declara nu. 23.

Rem fuiſſe ſic geſtã probat inter alios n. 24.

Non obligat alios qui non interuenerunt num. 25.

Inſtrumentum ſemiplenè probat contra tertium nu. 26.

Inſtrumentum pro dote, vel Eccleſia in dubio præſumitur anterius nu. 27.

Idem de Fiſco quando agit vigore proprij contractus nu. 28.

Inſtrumenti ſcientia præſumitur ex mentione facta de illo in alio teſtamento nu. 29.

Et etiam de contentis in illo nu. 30.

Teſtamenti ſcientia præſumpta nu. 31.

Inſtrumenta debent remanere penes eum ad quem ſpectant nu. 32.

Inſtrumenta communia debent remanere penes maſculum nu. 33.

Maior natu inter maſculos præfertur n. 34.

Doctor præferendus nu. 35.

Inſtrumenta penes quoq; filium maioris natu obſeruanda nu. 36.

Virtualiter contentum in inſtrumento habetur pro ibi ſcripto nu. 37.

Inſtrumentum probat ea quæ veniunt ex mente in conſequentiam nu. 38.

Paria ſunt aliquid eſſe expreſſum, & neceſſario ſubintelligi nu. 39.

INSTRVMENTVM.

CAP. XVI.

1 INſtrumentum facere rem claram, & manifeſtam præſupponit Sum. Pont. in *cap. Cum dilecti 6. de donation.* & paſſim notant ſcribentes, quia dicitur probatio pro-
2 bata, & veritas euidens, *Adrian. Neguſant. q.* 502. *nu.* 10. *Marta conſ.* 115. *nu.* 1. & habeat vim diffinitionis cauſæ, *Ioſeph* 3
Ludouic. deciſ. Lucenſ. 35. *num.* 9. & vbi
adeſt inſtrumentum, ibi nulla viget dubi- 4
tatio, quemadmodum dicitur de caſu legis, Idem *Neguſant. q.* 30. *nu.* 9. quoniam
vbi adeſt inſtrumentum ibi dicitur eſſe ca- 5
ſus legis, *Neguſant. q.* 276. *nu.* 5. *& prius q.* 3. *nu.* 2. Hoc tamen verum eſt, quatenus inſtrumento nihil opponitur, *Oſaſc. deciſ.*
129. *nu.* 7. dum enim diſputatur de fide, ac 6
validitate inſtrumenti, illud non poteſt habere aliquam virtutem, vel effectum, *Roland. à Valle conſ.* 63. *nu.* 45. *vol.* 4. Pariter concluſio erit accipienda de inſtrumento omnibus ſuis ſolemnitatibus fulcito
to *Idem Rolan. conſ.* 55. *num.* 9. *vol. eo.* Si 7
igitur inſtrumentum careret ſigno Notarij nequaquam faceret rem notoriam, quia illud eſt de ſubſtantia inſtrumenti ſecundũ *Bartol. in repetit. l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium nu.* 32. *ff. de edendo. Purpur. conſ.* 275. *nu.* 2. 292. *nu.* 1. & licet poſtea aliqui diſſenſerint, vt apud *Giouagnon. conſ* 6. *n.* 17. *lib.* 2. tamen *Bertaz. de clauſ. in proem. nu.* 13. dicit difficile fore obtinere in practica pro validitate inſtrumenti ſigno carentis, quia prima opinio ſit communior, & inſtrumentum non poteſt dici perfectũ *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 551. *num.* 5.
Si tamen ageretur de leuando in authen- 8
ticam formam inſtrumentũ Notarij mortui carens ſigno, id foret permiſſum, vt plenè probat *Curt. Iun. conſ.* 162. *num.* 1. cui accedit *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.*
429. *num.* 13. *vol.* 3. licet enim deficiant 9
aliqua neceſſaria facit adhuc ſemiplenam probationem tale inſtrumentum, *Ruin.*
conſ. 134. *num.* 5. *vol.* 5. Quando autem 10
extraheretur per alium Notarium authoritate iudicis faceret etiam plenam proba-
tionem *Neuizan. conſ.* 24. *num.* 18. Quaſi 11
mors Notarij habeat vim ſigni *Gratian. deciſ. March.* 94. *num.* 9. *Gail. obſer.* 43. *nu.* 4. *lib.* 2.

Statutum diſponens quòd inſtrumen- 12
tum habeat exequutionem paratam, intelligitur de inſtrumento liquido, *Oſaſc. deciſ.* 129. *num.* 5. & proinde ſi agatur de loca-

locatione, non dicetur instrumentum li-
13 quidum ante factam mensurationem, si
pensio sit conuenta in singula iugera ter-
ræ, *Surd. conf.* 38. *nu.* 15. *Menoch. conf.*
14 746. *nu.* 5. & nedum respectu rerum, sed
etiam personarum debet esse liquidum,
Negusant. q. 224. *nu.* 4. puta, quia in eo sint
nominatæ, & quòd appareat aliquid dare
vel facere oportere, idem *Negusant. q.*
407. *nu.* 25.
15 Et hoc erit recipiendum quo ad instru-
mentum celebratum in præsentia Princi-
pis, quod habere exequutionem paratam
tradit *Purpur. conf.* 492. *nu* 2. Quid si in-
16 strumentum fuerit deperditum, & illud
probetur per testes, nõ habere exequutio-
nem paratam obseruat *Gratian. disceptat.
forens. cap.* 268. *num.* 65. *Intrigl. sup. Bul-
la de censib. q.* 88. *num.* 13. quia probatio
huiusmodi pertinet ad contractũ, & aliud
17 sit esse instrumentum, & aliud contractum
in instrumento contentum, *Surd. decis.*
284. *nu.* 16. *Honded. conf.* 52. *nu.* 18. *vol.*
1. quo fit vt annullato instrumento non
annulletur contractus, *Surd. conf.* 80. *num.*
29. *Honded. conf.* 66. *nu.* 17. *vol.* 2. 144. *nu.*
13. 318. *nu.* 17. *Fontanel. de pact. nuptial.
cl.* 1. *nu.* 5. *& cl.* 6 *gl.* 6. *p.* 6. *nu.* 66. *Ma-
rescott. variar. resolut. cap.* 46. *nu.* 14. *lib.* 1.
18 Et falsitas instrumenti nequaquam arguit
falsitatem contractus *Marta voto* 104.
nu. 2. Sic qui renunciat instrumento non
videtur renunciare debito, idem *Marta*
19 *nu.* 3. Quod autem dixi facta probatione
contractus per testes non esse locum exe-
cutioni promptæ, est temperandum, ni ser-
uentur ea quæ tradit *Gratian. cap.* 749. *nu.*
26. erit locus petitæ executioni, puta pe-
tierit à iudice quòd accipiat testes, qui il-
los postea mandabit examinari parte cita-
ta, & scripturam fieri super talibus attesta-
tionibus: tunc enim si probetur debitum,
cum appositione clausulæ quarantigiæ, &
obligationis Cameralis dabitur exequu-
20 tio. Vt autem depositionibus testium
adhibeatur fides quæ sufficiat ad facien-
dam nouam scripturam, debebunt expri-
mere substantialia instrumenti nec non
nomina testium, qui illi interuenerunt,
quodq; illud carebat omni vitio, quæ ex-
pressio non potest fieri nisi à peritis, vt tra-
dit *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 6. *gl.* 3. *p.*
7. *nu.* 47. *& seq.* Porro executio erit con- 21
cedenda, etiam si instrumentum fuerit re-
uocatum in dubium, quando nimirum la-
ta fuerit sententia pro eius validitate, neq;
aliter erit expectanda executio illius sen-
tentiæ, *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 4. *gl.*
15. *nu.* 83. *& seq.*
Instrumentum probare solummodo in- 22
ter eos qui mandauerunt illud fieri aliqui-
bus videtur, *Surd. conf.* 359. *nu.* 12. 424.
nu. 14. 505. *nu.* 4. *Gratian. disceptat. fo-
rens. cap.* 49. *nu.* 6. & non in præiudicium
tertij absentis, *Ruin. conf.* 115. *nu.* 5. *vol.* 5.
quod tamen eo sensu est accipiendum, si 23
producatur ad probandam obligationem,
vel factum non rogantium: nam quo ad
obligationem, & factum rogantium plenè
probabit, quamuis producatur ab eo qui
non rogauit, *Bald. ad Rubr. de fide in-
strum. lib.* 4. *Cod. tit.* 21. quia probat rem 24
sic fuisse gestam, *Surd. conf.* 173. *num.* 51.
170. *nu.* 13. *Ludouis. decis.* 484. *nu.* 3. non
tamen facit ius inter alios; neq; eos obli- 25
gat, *Couaru. prac. qq. cap.* 20. *nu. fin.* Pos-
sumus etiam addere, principalem conclu-
sionem procedere quoad plenariam pro- 26
bationem, quoniam instrumentum semi-
plenè probare contra tertium legitur apud
Cyriac. contr. 321. *nu.* 30. & prius *contr.*
13. *nu.* 69. 289. *nu.* 18.
Instrumenta duo si proferantur, eadem 27
die conscripta, nulla expressa hora, vt non
dignoscatur quodnam præcesserit, si alte-
rum eorum sit pro dote, vel Ecclesia, alte-
rum pro persona aliquo priuilegio haud
potiente, tunc erit præsumendum, prius
esse conscriptum illud quod continet cau-
sam ad personam priuilegiatam pertinen-
tem, obseruat *Peguer. decis.* 48. *nu.* 4. *&* 5.
Surd. decis. 298. *nu.* 6. Idem erit respon- 28
dendũ fauore Fisci, *Peregr de iure Fisci lib.*
6. *tit.* 6. *nu.* 21. dum agit vigore proprij con-
tractus, non ita si agat ad imponendam
pœnam, aut occupandum bona vacantia,

aut illa ab indigno auferendum: ita enim dissidentes ad inuicem opiniones conciliat *Farinac. fragm. criminal. p. 1. verbo, Fiscus nu. 195. & seq.* vbi *nu. 198.* remittit ad eos qui hunc articulum attingunt in genere. Si verò duo proferantur instrumenta in quorum altero versetur causa dotis, in altero agatur de causa Fisci, præsumemus instrumentum pro dote esse anterius: quia in dubio pronuntiandum sit pro dote, & vice versa non delinquat, qui in dubijs iuris quæstionibus contra Fiscum facile pronuntiauerit, tradit *Fachin. controuers. iur. lib. 10. cap. 33. in fine*: & hanc opinionem veriorem reputat *Peregr. de iur. Fisci lib. 6. tit. 6. nu. 33. vers. Quare putarem*, facit quoq; illa ratio, quòd causa dotis sit magis priuilegiata, quàm illa Fisci, *Valenz. cons. 64. nu. 3.* Cæterum *Peregr. ibid. nu. 36. & seq.* recenset varia argumenta ex quibus deducatur anterioritas vnius instrumenti ad aliud: circa quæ illud est obseruandum ordinem in conscribendo instrumenta in protocollis non sufficere, quia sufficiat Notarium, scribere successiuè instrumenta eadem die recepta, neq; necessario colligitur ipsum seruasse ordinem horarum *Marta voto 75. nu. 9. & seq.* diuidetur itaq; debitum *Thesaur. forens. lib. 3. q. 106.*

29 Instrumenti scientia præsumitur ex eo, quòd de illo in alio instrumento facta fuerit mentio, *Menoch. cons. 73. nu. 23. Ruin.*
30 *cons. 119. num. 17. vol. 2.* Imo præsumitur eo ipso habere notitiam de cōtentis in instrumento, *Honded. cons. 33. nu. 54. vol. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 488. num. 16.* & ideo colligit *Roland. cons. 36. nu. 23.* intelligit remissum ius fideicommissi reciproci in testamento relicti, quando in instrumento diuisionis factę inter coheredes ex testamento, habetur refutatio de omni iure, quod habebant, vel sperabant in
31 huiusmodi bonis. De præsumpta scientia ex mentione de testamento loquitur *Bec. cons. 108. nu. 22. Surd cons. 22. nu. 27.*

32 Instrumenta debere remanere penes eū ad quem pertinent satis manifestum est secundum *Surd. decis. 54. num. 16. versus finem*, Contentio oritur inter plures quibus cōmunia sunt instrumenta, neq; enim possunt eodem tempore asseruari apud omnes: quare videndum quinam ex eis sint præferendi. Quando sunt communia 33
masculo, & fœminæ erunt asseruanda penes masculum *Valenz. cons. 139. num. 6.* quod si omnes ad quos pertinent instru- 34
menta sint masculi præferetur maior natu, *Fontanel. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 9. p. 2. nu. 65. Gratian. disceptat. forens. cap. 50. nu. 13. Griuell. decis. 146. nu. 4.* Si autem in- 35
ter eos ad quos pertinent instrumenta reperiatur aliquis in dignitate constitutus, puta doctor, is erit præponendus, & apud eum remanebunt instrumenta communia, *Fontanel. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 9. p. 2. nu. 66. Griuell. d. decis. 145. nu. 1.* Præroga- 36
tiua qua gaudet maior natu, fruetur & eius filius maior natu, quemadmodum probat *Griuell. d. decis. 146. nu. 12. & seq.*

Quicquid ex instrumento conuincitur, 37
vel præsumitur, id tenor dicitur instrumenti, & quod virtualiter continetur in instrumento, habetur pro ibi scripto, *Alex. cons. 126. nu. 4. lib. 6. Nicol. Bellon. supputat. lib. 4. cap. 17. nu. 6. Surd. cons. 201. nu. 14. Gratian. disceptat. forens. cap. 115. num. 28. & 29.* & sic pro virtualiter comprehenso dabitur executio parata, *Alex. d. cons. 126. nu. 4. Gratian. disceptat. forens. cap. 445. nu. 21.* & prius *cap. 37. num. 96. Marta cons. 62. nu. 1. Magon. decis. Florent. 3. nu. 30. Surd. decis. 244. nu. 39.* nam instrumentum 38
probat etiam ea quæ ex mente per consequentiam veniunt, *Valenz. cons. 129. nu. 60.* Accedit iudicatum dici debere, nedū quod expresse in sententia legitur, sed etiam quod iuris dispositione, & præsumptionibus iuris dicitur esse iudicatum, cum paria sint aliquid esse expressum, vel neces- 39
sariò subintelligi, *Gratian. disceptat. forens. cap. 445. nu. 20. Magon. decis. Florent. 3. nu. 19.*

SVM-

SVMMAE.

[illegible]eſſe alterius intereſſe num exigi poſſit [illegible]um. 1.
[illegible]ambia, & recambia debentur nu. 2.
Intereſſe alterius intereſſe deberi qui affirmauerint nu. 3.
Qui contrarium ſenſerint nu. 4.
Vſuræ vſurarum improbatæ nu. 5.
Solutæ repetuntur nu. 6.
Vſuræ ſunt odioſæ nu. 7.
Acceſſionis acceſſiones non dantur nu. 8.
Proceſſus in infinitum non eſt dandus nu. 9.
Pro cenſibus præteritis vel futuris non poteſt creari alius cenſus nu. 10.
Intereſſe alterius intereſſe exhauriret patrimonia nu. 11.
Intereſſe non licet conuertere in ſortem n. 12.
Vſuræ vſurarũ excitant dolores partus animæ debitoris nu. 13.
Intereſſe quando efficiatur ſors nu. 14.
Lucrum lucri tunc non dicitur nu. 15.
Secundus creditor dum offert priori debitũ non accipit vſurarum vſuras nu. 16.
Aliud exemplum in quo intereſſe euadit ſors num. 17.
Tutor præſtat vſuras earum vſurarum quas exegit nu. 18.
Intereſſe dicitur remiſſum per receptionem ſortis nu. 19.
Proteſtatio non impedit quod venit ex legis diſpoſitione nu. 20.
Poſt ſolutionem dotis nequeunt peti fructus num. 21.
Proteſtatio videtur acceptata ſi ei non contradicatur nu. 22.
Intereſſe quando poſſit reduci ad certã quantitatem nu. 23.
Videtur tranſactum ſuper quantitate fructuum nu. 24.
Deſideratur tamen proportio ab initio n. 25.
In Ciuitate Mediolani eſt notorium poſſe ex pecunijs percipi honeſtum lucrum nu. 26.
Idem in Regno nu. 27.
Conuentio valet in vim probationis deductæ nu. 28.
Poteſt conualidari probando tantum interfuiſſe nu. 29.
An emptor teneatur ad intereſſe pretij non ſoluti, licet res empta ſit ſterilis nu. 30.
Non eſt æquum quòd eodem tempore quis fruatur re & pretio nu. 31.
Emptor omnino tenetur præſtare intereſſe quando res apta erat producere fructus nu. 32.
Licet fructus non eſſent ſufficientes num. 33.
Satis lucratur qui ſatisfacit eius volontati num. 34.
Emptor poteſt conducere fundum donec ſoluerit pretium nu. 35.
Remiſſio mercedis non debetur quando ſoluitur ratione pretij, quod eſt penes emptorem nu. 36.
Ad emptorẽ ſpectat periculum quando emptio eſt perfecta nu. 37.
Neq; requiritur quòd ſit translatum dominium nu. 38.
Aſſignatur ratio nu. 39.
Viduæ an debeantur vſuræ nu. 40.
Mora hæredum in reſtituenda dote debet præcedere nu. 41.
Interpellatio mulieris an ſit neceſſaria n. 42.
Quæ debet fieri in iudicio nu. 43.
Pupillus non poteſt moram facere nu. 44.
Maritus quo pacto valeat conſtituere in mora vxorem minorem nu. 45.
Diligentiam mulieris in recuperanda dote qui conſiderauerint nu. 46.
Vidua ſibi imputet ſi non petijt dotem n. 47.
Dos eſt proprium patrimoniũ mulieris n. 48.
Diſpoſitio cap. ſalubriter. de vſur. non applicatur iudice nu. 49.
Titulus dotis remanet extinctus ſoluto matrimonio nu. 50.
Vidua fructus pignoris imputat in ſortem num. 51.
Paupertas viduæ an iuſtificet perceptionem intereſſe nu. 52.
Iuſtificatur ex damno emergenti, vel lucro ceſſante nu. 53.
Amiſſio lucri quo pacto debeat probari n. 54.
Num ſufficiat poſſe inueniri redituum venditores nu. 55.
Num ſatis ſit probare conſueuiſſe viduas dote pecunias ad honeſtum lucrum nu. 56.
Vel deſideretur conſuetudo in ipſamet vidua nu. 57.

INTERESSE.

CAP. XVII.

1 INteresse primi interesse, & sic deinceps num exigi possit est valdè controuersum apud Scribentes, vt notat *Christofor. Mart. Medic. examinat.* 7. *num.* 79. Non
2 examinabo articulum in terminis cambiorum, quia vsu receptum vt debeantur cambia, & recambia, *Bellon. Rot. Gen. decis.* 134. *in fine*. In terminis igitur præcedentis propositionis res est valdè dubia, quia stant vtrinq; magni nominis Doctores.

3 Pro affirmatiua scripserunt *Cagnol. ad l. vnic. num.* 46. *Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. Ruin.* parum sibi constans, *cons.* 103. *nu.* 4. *vol. p. Rot. Genu. decis.* 78. *num.* 16. *Beretta cons.* 25. *per totum*, quamuis ibi corroboret hanc sententiam alijs rationibus particularibus cōgruentibus illi speciei, *Raud. de analog. cap.* 12. *num.* 36. *& seq.* latissimè eandem sententiam deffendit *Menoch. de arbitrar. cas.* 119. *à nu.* 18. *vsq; ad finem*, & respondet fundamentis quibus innititur contraria sententia, repetit *cons.* 1181. *num.* 8. *& seq. Milanens. decis.* 8. *num.* 357. *lib.* 1. hanc camdem sententiam comprobat, & deffendit *Vilagut. de vsur. q.* 18. *nu.* 34. & veram præsupponit *Gratian. disceptat. forens. cap.* 987. *nu.* 14. quotiens creditor in fine cuiuslibet anni interpellauerit debitorem, vt sibi restituat nedum sortem, sed etiam interesse, & cupiat vtrunq; habere, vt euitet damnum sibi imminens, aut prosequatur lucrum quod se offert, iterum *Rot. Genu. decis.* 134. *nu.* 4. & in Sac. Cons. fuisse iudicatum deberi interesse tertiarum decursarum, quando essent notablis quantitatis ad minus ducatorum centum, testis est *Vrsill. ad Afflic. decis.* 291. *nu.* 6.

Contrarium voluerunt quamplures, puta *Ruin. cons.* 55. *nu.* 16. *& seq. vol.* 2. & sibi 4
videri verissimam hanc sententiam, nec habere probabile dubium subiungit. Et licet contrarium scripsisset in *cons.* 103. *supra allegato*, fortè id excidit ob defectum librorum, cum testetur se conscripsisse illud consilium dum esset in perigrinatione, in eadem sententia fuit *Morot. cons.* 65. *num.* 30. dicens opinionem ipsam esse mitiorem, & in conscientiæ foro tutiorem, accedit *Marta voto* 165. *num.* 16. *Gaspar. Roderic. de annu. redit. lib.* 3. *q.* 7. *nu.* 27. *Honded. cons.* 50. *nu.* 28. *vol.* 1. *repetit. cons.* 34. *nu.* 79. *vol.* 2. *Petr. Gregor. in tractat. de vsur. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 13. *Bec cons.* 222. *nu.* 10. *Peregrin. cons.* 100. *num.* 40. *vol.* 1. *Rota decis.* 315. *num.* 8. *p.* 2. *in recentis.* & hanc sententiam pro vera habuit consistorium Sacr. Reg. conscientiæ Regni Siciliæ, vt apud *Mastrill. decis.* 124. *in fine.* tutiorem, & veriorem, post multos quos citat, dicit *Castill. quotid. controuers. lib. p.*

cap.

cap. 1. *nu.* 55. ideo sequendam putat *Hector Felic. de societat. cap.* 24. *nu.* 61. & vti æquiorem amplectitur *Bertaz. consʃ.* 254. *nu.* 27. *vol.* 2. *criminal.* & contrariam sententiam; vti nutritiuam malæ conscientiæ respuendam reputat *Costa de ratione Ratæ q.* 142. *nu.* 9. Certè hæc posterior sententia omnino amplectenda videtur, vti firmioribus innixa fundamentis; cum enim interesse successerit in locum vsurarum, quæ iure ciuili permittebantur, quis non videt improbandum esse interesse primi inte-
5 resse, quemadmodum etiam vsurarũ vsuras detestabiles fuisse legibus Romanorũ testatur Iustin. in *l. Vt nullo* 28. *de vsur. lib.* 4. *Cod. tit.* 20. etiam si ex pristino contractu in condemnationem deductæ essent, *l. sancimus* 3. *de vsur. rei iudic. lib.* 7. *Cod. tit.* 54. Vnde placuit, siue supra statutum modum, quis stipulatus fuerit; siue vsurarum vsuras: quod illicitè adiectum est, pro non adiecto haberi, *l. Placuit* 29. *de vsur. lib.* 22. *P. tit.* 1. quia in immodicæ, & illicitæ computationis modum transeant, *l.* 2. §. *indemnitas* 5. *de administrat. rerum ad Ciuitat. pertinent. lib.* 50. *P. tit.* 8. imo si so-
6 lutæ fuerint repetuntur, *l. si non sortem* 26. §. 1. *de condic. indebiti lib.* 12. *P. tit.* 6. neq; enim aliqua obligatio nascitur, *Marius Salamon. ad Rubr. de iustitia, & iure nu.* 2. *repet. vol.* 1. *fo. mihi* 19. & insuper exigenti infamiæ macula irrogatur, *l. Improbum* 20. *ex quib. cauʃ. infam. irrogetur lib.* 2. *Cod. tit.* 12. huicq; fundamento potissimum innixus est *Petr. Gregor. in tractat. de vsur. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 13. *Bec. consʃ.* 222. *nu.* 10.

Video affirmatiuæ sententiæ assertores conari huius ratiocinationis vim declinare, allegando differentiam intercedentem inter vsuras, & interesse, quę non fuit incognita I. C. vt colligere licet ex *l. socium* 60. *Pro socio. lib.* 17. *P. tit.* 2. vsuras nimirum esse odiosas, & omni iure improbatas, vt
7 non mirandum si illarum vsuræ non præstentur: ita nixus est vitare vim ratiocinationis *Ruin. d. consʃ.* 103. vt etiam animaduertit *Milanensʃ. decisʃ.* 8. *num.* 357. *lib.* 1. *Stac. in tractat. de commerc.* §. 7. *gl.* 2. *nu* 49. *Francisʃ. de Ponte de potest. proreg. tit.* 4. §. 4. *nu.* 26.

Fateor differentiam intercedere inter vsuras, & interesse, non tamen admittam propter illarum odium denegari computationem antedictam, sed quidem illam agnoscunt causam Doctores, quòd vsuræ sint quędam accessiones, & accessionis accessiones non dentur, vt ex textu *l. Neq; eorum.* 15. *de vsur. lib.* 22. *P. tit.* 1. obser- 8
uat Baldus ibi & nominatim hanc rationẽ considerant *Ruin. d. consʃ.* 55. *num.* 16. *& seq. vol.* 2. & quòd ab hoc principio pendeat determinatio Imp. in d. l. vltima de vsur. voluit *Hugo Donell. in comment. ad l. vltim. de vsur. lib.* 4. *Cod. tit.* 32. inquit enim fieri non posse vt vna & eadem res sit principalis, & accessoria: respectu enim sortis antecedentis diceretur accessoria, & respectu vsuræ quæ ob eam persolueretur, diceretur accessoria: & ob hanc rationem negauit Peregrinus dari interesse primi interesse *in tractatu de iure Fisci lib.* 6. *tit.* 7. *nu.* 32. propterea inferebat *Gaspar Roderic. de annu. redit. lib.* 1. *q.* 12. *nu.* 27. non deberi aliquod interesse ob moram commissam in pensionis fructuariæ solutione: adderem insuper aliam rationem persuasisse non esse admittendas vsuras
vsurarum, ne detur processus in infinitum, 9
l. vnic. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. lib. 7. *Cod. tit.* 47. quod absurdum foret admittendum, si liceret interesse primi interesse exigere. Quod autem primi interesse odium non excludat secundum interesse, ex eo conuincitur, quia Consti-
tutio Pij V. felic. recordationis vetat cen- 10
sum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re, in fauorem eiusdem personæ, per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri, licet ij non sint odiosi, obseruat *Felician. de Solis. de censib. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 10. *versʃ. ac propterea. Ludouic. Cenci. in tractat. de censib. p.* 2. *num.* 61. *& p.* 3. *num.* 36. extra dentes affirmat id prohibuisse Sum. Pont. quia vsuræ non debeant creare nouam vsuram, & idem sensit

sensit *Intrigl. super Bulla, & pragm. de censibus q.* 48. *Mad. de requisitis contractus census requisito* 17. *Viui. decis.* 369. *nu.* 13.
11 Et sanè si permitteretur hoc interesse primi interesse, ea redundarent in Rempub. incommoda quæ considerat *Felician. de Solis in tractat. de censibus lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 16. *vers. septimum esset.* quòd multorum patrimonia exhaurirentur, fieretq; vt breui temporis spatio, debitores spoliati bonis mendicarent: nam debitores non curarent soluere interesse, & ipsi creditores non forent importuni in exigendo, videntes illud non remansurum otiosum penes debitorem. Sunt aliqui, inter quos *Gait. de credito cap.* 2. *tit.* 7. *nu.* 1490. *& seq.* qui existimant, tunc demũ permitti hoc interesse secundum, quando primum conuertitur in sortem: id quidem verum est, non tamen eo modo quo ipsi explicant: nam
12 Imperator Iustinianus apertissima lege deffiniuit, nullo modo licere cuiquã vsuras præteriti temporis, vel futuri in sortem redigere, & earum iterum vsuras stipulari, *l. vt nullo* 28. *de vsur. lib.* 4. *Cod. tit.* 32. de qua reductione verba fecit Ambrosius in libro Tobiæ cap. 12. Vndè etiam, inquit,
13 tochus Græci appellatunt vsuras, eo quòd dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt calendæ, parit sors centesimam, veniunt menses singuli, generantur vsuræ. Crescit centesima, petitur, nec soluitur, applicatur ad sortẽ, Itaq; non centesima inquit est, sed summa, id est non fœneris centesima, sed fœnus centesimæ, & hoc est quod dicit Liuius, mergentibus super sortem vsuris fœnore obrutum esse, vt notat *P. Gregor. in tractat. de vsur. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 13.
14 Efficitur sors si mutentur personæ creditoris, vel debitoris, puta si quis pro alio soluat sortem, & interesse debitum, si ei mora fiat, debebitur interesse vniuersæ quantitatis, quia quo ad ipsum vtrunq; est vera sors, scilicet solutum pro interesse, & solutum pro capitali, *Vincent. de Franc. d. decis.* 254. *num.* 15. sequitur *Peregrin. de iur. Fisci lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 33. *Ludouic.* *Cenc. in suo tractat. de censibus p.* 1. *cap.* 3. *q.* 1. *ar.* 5. *nu.* 9. *Milanens. decis.* 8. *num.* 351. *& seq. lib.* 1. neq; dicitur lucrum lucri, *Christofor. Mart. Medic. exam.* 7. *nu.* 15
83. *Roderiq. de annu. redit. lib.* 5. *q.* 5. *nu.* 28. *Castill. decis.* 22. *nu.* 46. *& seqq. Giurb. decis.* 24. *nu.* 35. *Fontanel. decis.* 204. *nu.* 16
15. Diuersa ratio est in secundo creditore, qui offert priori debitum, vt confirmet sibi pignus: nam à debitore sortem, eiusq; tantum vsuras, quæ fuissent præstandæ, non etiam vsurarum vsuras accipere potest, *l. secundus creditor* 22. *de pignor. & hypothec. lib.* 8. *Cod. tit.* 14. Aliud exemplum 17
habemus apud *Fabr. sui Cod. lib.* 4. *tit.* 24. *deffin.* 23. promiserat quis se soluturum pro Titio mille aureos intra biennium, si is pro eo Romam peteret, & interea septunces totius pecuniæ vsuras: cum is Romam ire cessaret, condemnatus fuit ad restitutionem vniuersarum pecuniarũ, illarumq; interesse, & in hoc sensu accipiendam cõclusionem ab aliquibus firmatam, interesse quandoq; induere naturam sortis, existimat *Gaspar Roder. de annu. redit. lib.* 3. *q.* 7. *nu.* 28. *Milanens. decis.* 8. *nu.* 351.
lib. 1. Pari ratione si tutor, vel curator vsu- 18
ras exactas vsibus suis retinuerint, earum vsuras agnoscere eos oportet: sanè enim parui refert, vtrum sortem pupillarem, an vsuras in vsus suos conuerterint, *l. Tutor qui repertorium* 7. §. *si vsuras exactas* 12. *& l. qui negotiationem* 58. §. 1. *& §. fin. de administrat. tutor. lib.* 26. *P. tit.* 7. quia omnis pecuniæ, quæ ad tutores, siue curatores transit, par sit causa: quia omnis sors efficitur, obseruat *P. Gregor. de vsur. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 13. sicq; fuit decisum in regia audientia Valentiæ, teste *Hieronym. de Leo lib.* 1. *decis.* 13. & ita fuisse seruatum in Senatu Galeco, refert ex Aiora *Mastril. decis.* 124. *num.* 29. Neq; refert quòd res debita proueniat à causa lucratiua, dum modo debeatur tamquam sors: & ideo socius qui in eo quod ex societate lucri fecerit, reddendo moram adhibuit cum ea pecunia ipse vsus sit, vsuras quoq; cũ præstare debere Labeo ait, *l. socium* 60. *pro*

socio

socio lib. 17. *P. tit.* 2.

19 Recipiens sortem separatim videtur remittere interesse debitum officio iudicis, etiam quòd sibi reseruauerit ius illud petendi: quia ex iuris necessitate remissum dicatur, & protestatio non valeat impedire effectum legis, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 33. *nu.* 15. *& seq.* 130. *num.* 34. 455. *nu.* 27. *Gait. de credito cap.* 3. *tit.* 1. *nu.* 68. *& seq.* Si autem recepit partem sortis, pro illa parte actio ad interesse remanet extincta, *Christofor. Mart. Medic. exam.* 8. *nu.* 60. *Gait. de credito cap.* 3. *tit.* 1. *nu.* 2. Non mirum autem si protestatio remanet inef-
20 ficax: illa enim potest impedire id, quod ex tacita voluntate, seu remissione recipientis venire potest, & non illud, quod aliunde venit, puta ex legis dispositione,
21 *Chartar. decis.* 38. *num.* 13. quo fit vt post solutionem dotis nequeant peti fructus, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.*
22 12. *tit.* 30. *in fine*. Prædicta sunt vera quando soluens contradiceret protestationi, quia si acquiesceret videretur tacitè acceptare reseruationē, & quasi contrahere cum creditore *Gratian. disceptat. forens. cap.* 130. *nu.* 34. *& cap.* 243. *nu.* 38. *Christor. Mart. Medic. exam.* 8. *nu.* 39. *& seq. Gait. d. tit.* 1. *nu.* 70. *& seq.*

23 Interesse quod ab initio est certum potest ad certam quantitatem inter contrahentes reduci ab initio, *Surd. decis.* 259. *nu.* 16. *Bertaz. cons.* 227. *nu.* 5. *Thesaur. forens. lib.* 3. *q.* 71. *nu.* 2. & in re sui natu-
24 ra fructifera indubitatum est, quia videtur transactum super quantitate fructuū iuxta doctrinam *Decij in cap. Cum venerabilis n.* 65. *vers. putarem tamen de exceptionibus,*
25 sufficit enim quòd à principio concurrat verisimilitudo, & proportio non habita consideratione variationis, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 387. *num.* 25. *Gait. de credito cap.* 1. *tit.* 7. *q.* 2. *nu.* 1754. *& seq.*
26 Idem quoq; affirmarem de debito pecuniario: quia notorium sit in Ciuitate Mediolani adesse banchum, nec non frequentes mercatores qui accipiunt pecunias, & reddunt honestum lucrum, quod facit vt debitor teneatur ad interesse: est enim notorium facti permanentis, vt ob id nulla alia opus sit probatione, *Ioseph Ludouic. decis. Perus.* 67. *num.* 17. *& seq.* Vnde in 27
Regno interesse lucri cessantis passim reficitur de stylo Sacri Cons. absque alia probatione: quia vsu receptæ sunt emptiones in rationem septem, vel octo cum personis Diuitibus, cum Regia Curia, & cum Ciuitate, *Scipio Theodor allegat.* 40. *nu.* 30. Quando igitur promissio excederet verum interesse, tunc illa reprobaretur, & non illa quæ intra limites veri interesse consisteret, *Dec. cons.* 111. *nu.* 14. hocq; pacto exigetur illud quod post moram verè, ac realiter debebitur, *Scipio Theodor. allegat.* 33. *nu.* 15. *vers. istas conclusiones.*
Valebit igitur conuentio in vim probatio- 28
nis deductæ ex verosimilibus coniecturis, *Couaru. variar. resolut. lib* 3. *cap.* 4. *nu.* 5. *ad finem*, vel conualidabitur probando 29
tantum interfuisse, *Vulpel. cons.* 132. *nu.* 5. *Surd. cons.* 485. *nu.* 6. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 387. *nu.* 12. *& seq.* & sufficit quòd ab initio potuerit constare de certo futuro interesse, *Bertaz. cons.* 2. *num.* 22. *vol.* 1.

Valdè controuersum est num emptor 30
teneatur ad interesse pretij nō soluti, licet res empta sit sterilis, affirmatiuam sententiam amplectitur *Bal. in l. Vsuras.* 2. *nu.* 6. *Cod. de vsur.* eo quia non proportione fructuum exigatur interesse, sed ea ratione, quia venditor impleuit fidem tradendo, emptor verò inueniatur in perfidia pretij non soluendi, cum Baldo stetit *Socin. Sen. cons.* 88. *nu.* 8. *vol.* 4. Contra Baldum steterunt alij recensiti à Corneo *cons.* 59. *nu.* 5. *vol.* 3. qui voluerunt eatenus emptorem teneri ad præstationem interusuriorum, quatenus fructus percipit, adeo vt si traditus fuerit fundus post recollectos fructus nō teneatur ad aliquod interesse, nisi postquam perceperit fructus, & hæc ipsorum sententia videtur comprobari Imperatoris sanctione quæ legitur *l. Curabit* 5. *de actionibus empti. lib.* 4. *Cod. tit.* 49. nam emptor coniungit possessionem rei cum

per-

perceptione fructuum, & hoc argumentũ latè deducit *Roland. conſ.* 14. *nu.* 3. *vol.* 2. cui ſuffragatur illa cõcluſio firmata à Rota Genuæ *deciſ.* 194. *nu.* 1. *Adrian. Negusant. q.* 140. *nu.* 52. *Theſaur. forenſ. lib.*
31 1. *q.* 88. *nu.* 1. non eſſe æquum, quòd eodem tempore quis fruuatur re & pretio. In hoc diſſidio diſtinguendi ſunt aliqui caſus, qui minorem admittunt difficultatẽ.

32 Quando emptor habuit facultatẽ percipiendi fructus, & res erat apta illos producere, omnino tenetur præſtare intereſſe ſecundum *Paul. de Caſtro d. l.* 2. *de vſur. nu.* 1. *verſ. æquitatis ratione*; ſibi enim imputet ſi noluit illos percipere, puta ſi domũ inhabitare, vel alteri locare neglexit, *Socin. Sen. conſ.* 133. *nu.* 12.

33 Alter eſt caſus quando res eſt fructifera, ſed non reddit fructus ſufficientes, adhuc tenetur emptor præſtare intereſſe ſecundum *Pariſ. conſ.* 60. *num.* 26. *vol.* 1. quoniam tenetur ad vſuras quæ frequentes ſunt in regione, licet fructus rei venditæ minus valeant, *Gozad. conſ.* 55. *nu.* 11. Tertius caſus iam præmiſſus, circa quem, eſt obſeruandum, quòd re ſterili tradita, poteſt compelli emptor ad preſtandum intereſſe non quidem ratione fructuum percipiendorum, ſed ratione alterius commoditatis, quam conſequi ſperat ex re empta, & tunc intelligitur frui re empta, licet non percipiat fructus, Poteſt quoq; dici ſatis eũ lucrari qui ſatisfacit eius vo-
34 luntati, *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 4. *tit.* 24. *nu.* 14. *verſ. ſed aduerte*, Ex alio etiam intelligimus intereſſe præſtari quamuis ceſſet ratio fructuum: demus enim quòd emptor conduxerit fun-
35 dum pacta certa annua penſione donec ſoluat pretium, quem contractum eſſe licitum ſcribit *Alex. conſ.* 121. *lib.* 5. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 4. *tit.* 24. *nu.* 18. ſi damnũ contingit in fructibus, illud erit conductoris, qui non poterit prætendere remiſſionem mercedis, quia penſio ſoluitur ratione pretij, quod eſt penes
36 emptorem, & non ratione rei, nec fructuũ, *Buſ. de remiſſ. mercedis num.* 102. *Surd. deciſ.* 198. *nu.* 28. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 18. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 354. *nu.* 40. *& ſeq.* Ad hoc enim vt periculum ſpectet ad 37
emptorem, ſufficit quòd emptio ſit perfecta quoad conſenſum interuenientem in venditione pura, & non requiritur quod ſit res tradita emptori, *Alex. dicto conſ.* 121. *verſus finem*, vt neq; eſt neceſſa- 38
rium quod ſit translatum dominium, *Curt. Iun. conſ.* 82. *nu.* 2. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 523. *num.* 17. Ea autem ratione 39
periculum ſpectat ad emptorem, quia licet dominium remanſerit apud venditorem, non poteſt ipſe de re diſponere, ſed debet illam reſeruare ipſi emptori, vbi pretium ſoluerit, facit textus in *l. Titius* 26. *de præſcript. verbis*, vbi licet eſſet translatum dominium pecuniæ in accipientem, attamen periculum eſt dantis non accipientis, quemadmodum obſeruat *Caſtrenſ. ibid. nu.* 2. *Iaſon. num.* 3. *Vnde Boſs. de remiſs. merced. nu.* 91. proponit facti ſpeciem in qua periculum non ſpectat ad dominum, ea ratione quòd non haberet liberam diſpoſitionem rei: conductor enim qui fœnum recollectum debebat ex pacto retinere in fundo ad finem illum impinguandi, non ſubit illius periculum, quia non poterat de illo diſponere liberè, ſed tenebatur illic retinere ad vtilitatem locatoris.

Difficilis, & periculoſa reputatur illa quæſtio apud *Ludouiſ. deciſ.* 204. *num.* 28. 40
num viduæ poſt annum luctus debeantur vſuræ dotales ex retardata reſtitutione dotis. Illud in confeſſo eſt apud omnes, de- 41
bere præcedere moram hæredum mariti in reſtituenda dote ipſi viduæ, ad hoc vt ſit locus præſtationi alicuius intereſſe: ſiue ſit damni emergentis, ſiue lucri ceſſantis, *Honded. conſ.* 36. *nu.* 29. *vol.* 2. quam morã contrahi ſtatim elapſo anno oſtendit *Purpur. conſ.* 385. *nu.* 4. *Bertaz. conſ.* 226. *nu.* 1.

Illud eſt admodum controuerſum, an 42
requiratur interpellatio ex parte mulieris, ne videatur potius cogitare de vſuris percipiendis, quàm de dote recuperanda. Non eſſe neceſſariã exiſtimat *Gram. deciſ.*

103.*num.*95. quia sit apposita dies à lege, cui opinioni adhæret *Berta. conf.226.nu.* 2. Nos credimus omnino necessariam esse interpellationem, quandoquidem debet vidua omnem adhibere diligentiam, vt dotem recuperare valeat: & ita *Neuizan.*
43 *cons.* 74. *nu.* 3. admonet mulierem, vt dotem in iudicio petat, & faciat quicquid potest vt illam consequatur, quod etiam considerat *Grat. cons.* 56. *lib.* 1. Quare nõ sufficiet sola petitio vel protestatio, sed erit necessaria prosequtio litis sine intermissione, *Surd.cons.*194.*nu.*16. tunc enim hæredes viri constituuntur in mora irregulari, & tenentur ad interesse in rationẽ quinque pro singulis centenis, *Costa remed.subsid.*106.*nu.*10. Potissimum autem
44 huiusmodi interpellatio desideratur quando pupillus esset debitor dotis, quia non potest moram facere, *Bald. cons.* 86. *nu.* 1.
45 *lib.* 2. ob id maritus si vult constituere in mora vxorem minorẽ debet instare quòd detur ei curator, *Raud. de analog. cap.* 21. *n.*71. Ex hoc intelligimus obseruationem Cyriaci *contr.* 542. *nu.* 18. non leuem pati difficultatem, dum tenet interpellationẽ iudicialem non esse necessariam, nisi ad faciliorem illius probationem.

46 De diligentia adhibenda per mulierem in recuperanda dote loquitur *Paris. cons.* 64.*in princ. vol.*4. *Surd. cons.*269.*num.*22. *Marescott.variar.resolut.lib.*2.*cap.*83.*nu.* 46.*et seq Scayn.decis.*13.*nu.*77.*Christofor. Mart. Medic.exam.*54.*nu.* 37. *Rota apud Farinac.decis.*59.*num.*2.*p.*2. *in recentis.* Si enim vidua non petijt dotem debet sibi imputare, *Iason. ad l. Diuortio.*8.*nu.*22. *ff. soluto matrim. Capyc.decis.*65.*in fine. Surd. de alim.tit.*7.*q.*22.*nu.*8. *Viui. decis.* 424.*nu.* 17. *Marcell.de Mauro allegat.* 101. Maior difficultas versatur in eo, num debeant alia concurrere, & quæ nam illa sint. Quidam existimarunt satis esse quod agatur de dote non restituta: nam illa est propriũ patrimoniũ mulieris, & datur vt inde ala-
48 tur mulier, tradit *Bald. cons.*86.*nu.*1. quòd etiam probat *Fachin. controuers. iur. cap.* 101.*lib.*3.*et cap.*7.*lib.*10. addit *Tesaur. decis.* 43. *nu.* 4. incommoda quæ patitur vidua non esse minora oneribus matrimonij per maritum supportandis: istos duos haud in fonte vidisse Christophorum Martium Medices credendum, nam *in examinat.* 54. præfatur tutissimam, & receptissimam conclusionem esse, quòd viduæ non debentur fructus, seu alimenta dotis ab hæredibus viri mortui, siue hæredes fuerint in mora dotes restituendi, siue non, & inter assertores huius sententiæ citat Tesaurum, & Fachineũ qui contrariam sententiam defendunt. Verum quidem est quòd prædicta sententia est communiter reprobata, & illam nouissimè reprobat *Io. Anton. Bellon. cons.* 64. *nu.* 4. & 11. quo-
niam dispositio cap. Salubriter, de vsur. 49
loquens de marito non applicetur viduæ, vt obseruat *Valas. consultat.* 8. *num.* 4. cui accedit *Sesse decis.*68.*nu.*26. *Surd.cons.*269. *num.* 21. *Gratian. disceptat.forens.cap.*700. *nu.* 57. *Roderiquez. de annu. redit. lib.* 3.*q.* 7.*nu.*53 priuilegium enim concessum doti 50
soluto matrimonio, cessat, quia titulus dotis extinctus est, *Mantic.decis.*171. *nu.* 4.
Quare si mulier habuerit pignora nomine 51
dotis post mortem mariti, debebit imputare fructus in sortem, sic docet *Innoc. in cap. Salubriter* 15. *de vsur.* cum quo transit *Bartol. in cons.*128.*num.*2. vt & in *l. Et insulam* 43. §. *vsuras ff. soluto matrim.* Accedunt *Roland. cons.* 55. *per totum vol.* 2. *Surd. cons.*194.*nu.*13. *Mantic.de tacit. & ambigu. conuent.lib.*11.*tit.*8.*nu.*20. *Gabr. cons.* 152.*nu.*2.*vol.*2. *Gratian. disceptat.forens. cap.* 240.*nu.*3. 244.*nu.*1. & *seq.* 563. *nu.* 40. *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 8. *nu.* 25. *Gait. de credito cap.* 4. *quæsito* 8. *num.* 1060. Si autem non facit fructus suos pignorum, multo minus valebit vsuras dotis prætendere, quod nominatim tenet *Hondcd. cons.* 36. *nu.* 8. *vol.* 2. Videndum igitur quæ nam sint ista requisita, & vnum
sufficere sunt qui credant, nimirum pau- 52
pertatem ipsius viduæ, quæ non habeat aliunde vnde se alat, tenet *Alex. cons.* 74. *nu.* 15. 141. *nu.* 7. *lib.* 5. *Paris. cons.* 64. *in principio vol.* 4. *Purpur. cons.* 385. *num.* 4.

Afflic. decis. 284. *nu.* 2. *&* 4. *Bertaz. cons.* 226. *num.* 1. *Scayn. decis.* 13. *num.* 77. *Rota apud Farinac. decis.* 59. *nu.* 3. *p.* 2. *in recentiss. Cyriac. contr.* 542. *nu.* 7. Hæc traditio nullo pacto arridere potest, quia paupertas licitam nõ facit perceptionem vsurarum.
53 Si igitur vult mulier vltra sortem aliquid percipere debet ostendere morã sibi damnum dedisse, vel lucrum præripuisse, *Marcell. de Mauro allegat.* 101. *nu.* 3. si etenim dos in hoc non est priuilegiata, neq; mulier vtitur aliqua prærogatiua, necessario ad horum alterutrum recurrere debet, vt cõcludit *Mantic. decis.* 171 *num.* 3. *Castil. cottid. controuers. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 61. & cum eis transit *Io. Baptista Larrea decis.* 37. *nu.* 27. Alterutro autem istorum concurrente non erit necessaria consideratio paupertatis, & in hoc non possum accedere opinioni *Viuij in decis.* 424. *nu.* 17. vbi iungit considerationem paupertatis cum interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.
54 Tota difficultas stat in eo, quomodo debeat constare de amissione lucri, num requiratur probatio concludens, an verò sufficiat præsumptiua: quòd sufficiat præsumptiua tenet *Rain. cons.* 104. *nu.* 7. *vers. Istud autem.* contrarium voluit *Gratian.*
55 *disceptat. cap.* 244. *nu.* 13. Maior versatur difficultas circa qualitatem præsumptionum: nam circa eas variarunt scribentes, *Couaru. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 3. *vers. sexto*, existimat in Prouincijs in quibus frequentes sunt venditores annuorum redituum, præsumi cessasse lucrum ob retardatam dotis restitutionem: quia facillimum sit habentem pecuniam, statim paratos inuenire mille venditores prædictorum redituum, id in Regno euenire testatur *Gait. de credito cap.* 4. *quæsito* 8. *nu.* 1061. & in praxi esse receptum, quòd non sit necessaria aliqua specialis probatio circa occasionem oblatam emendi reditum, stante frequentia huiusmodi contractuum, notat *Roderiquez. de annu. redit. lib.* 3. *q.* 7. *nu.* 55. & obtutu talis frequentiæ validum esse statutum Bononiense censet *Rot. Bonon. decis.* 8. *nu.* 68. *in select.* Huiusmodi sententia fuit reprobata per Rotam vt testatur *Gratian. disceptat. forens. cap.* 244. *nu.* 13. & ipse met *Roderiq. d. lib.* 3. *q.* 8. *num.* 20. *ad finem*, dicit antedictam practicam esse periculosam.

Aliam præsumptionem cessationis lucri considerat *Bertaz. cons.* 227. *nu.* 3. si in Ciuitate consueuerint viduæ collocare pecunias ad honestum lucrum, quia non sit credendum voluisse mulierem retinere pecuniam in capsa; hæc præsumptio videtur admodum debilis, & proinde *Purpur. cons.* 585. *nu.* 4. desiderat in ipsa met vidua petente interesse consuetudinem dandi pecunias mercatoribus ad honestũ lucrum, quę mens fuit *Alexandro cons.* 27. *nu.* 4. *lib.* 4. *& cons.* 200. *nu.* 3. *lib.* 6. & cõsuetudinis vim considerat *Ruin. cons.* 104. *num.* 7. *vers. nam ex communi consuetudine vol.* 4. *Cyriac. contr.* 262. *num.* 56. Hæc fortè cessabunt in locis in quibus vigent statuta, & consuetudines, quòd certum interesse præstetur donec dos restituitur, licet sit admodum controuersum an illa valeant, vt videre est apud *Rot. Bononiens. decis.* 8. *nu.* 59. *& seq. in select.* Illa valida præsupponit *Afflic. decis.* 284. *in principio, Paris. cons.* 69. *in princ. vol.* 4. *Viui. decis.* 424. *nu.* 14. *Franc. decis.* 472. *nu.* 2. *Peregr. decis.* 121. *nu.* 2. *Marescott. variar. resolut. cap.* 83. *nu.* 53. *& seq. lib.* 2. E contra illa impugnat *Socin. Sen. cons.* 126. *in fine vol.* 1. *Surd. de alim. tit.* 1. 1. *q.* 45. *nu.* 25. *Barbos. ad l.* 2. *in princ. p.* 1. *nu.* 43. *ff. soluto matrim. Gabr. cons.* 152. *nu.* 3. *vol.* 2. *Plot. de in litem iurando nu.* 470. cum quo transit *Gall. cons.* 111. *nu.* 31. Hæc controuersia cessat apud Valentinos: nam lege cauetur, vt post annum luctus fructus bonorum mariti applicentur vxori, quod lex facere potest, dominium nimirum ab vno in alium transferre, ex publica vtilitate, ita defendit illam legem *Francis. Hieronym. Leo decis.* 62. *nu.* 15. *& seq.* sed & cessare debere difficultatem quotiens statutum taxat certum interesse, luculentissimè probat *Christofor. Mart. Medic. examin.* 54. *nu.* 15.

(Right margin numbers: 56 at "Aliam præsumptionem"; 57 at "pur. cons. 585"; 58 at "licet sit admodum"; 59 at "facere potest".)

nu. 15. *& seq.* quia extat in Vrbe statutum antiquum taxans viduæ alimenta dotis ad septem cum dimidio pro quolibet centenario, & tamen fuit approbatum à Sum. Pont. & semper toleratum, signum quòd nullum continet peccatum.

60 Ea igitur ratione sustinentur talia statuta, quia non reuocatur in dubium causa præstandi interesse, sed contenditur tantũ super quantitate ipsius interesse liquidanda: & ad eum finem præsumi condita statuta obseruat *Costa in suo tract. de facti scient. & ignorant. centur. 2. distinc.* 21. *nu.* 16. *& de Rationa Rata q.* 91. *nu.* 7. vt anteipsum sensit *Alba cons.* 524. *num.* 15.

Ex hactenus dictis potest constare, matri, quæ est tutrix filiorum, non deberi aliquod interesse, quia per ipsam stetit si non

61 exegit dotem: sicut enim potest tutor soluere quod debet: ita valet exigere quod ei debetur, *l. quotiens.* 9. §. *sicut* 3. *de administrat. & pericul. tutor. lib.* 26. *P. tit.* 7. consonat *l.* 3. §. *si tamen* 5. *de contrar. tutel. & vtili actione*, & tradunt *Bald. cons.* 86. *in fine lib.* 2. *Fulgos.* de quo meminit *Vrsil. ad Afflic. decis.* 284. *nu.* 6. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 45. *num.* 44. *& seq. Gratian. disceptat. forens. cap.* 129. *nu.* 27. 563. *nu.* 42. *Fontanel. de pact. nuptial. cl.* 7. *gl.* 3. *p.* 7. *num.* 66. *Christofor. Mart. Medic. exam.* 54. *nu.* 25. *Costa d. distinc.* 21. *nu.* 18. Et nedum potest sibi soluere, sed etiam debet, quia tenetur liberare debitorem ab vsuris, *Surd. de alim. tit.* 3. *q.* 7. *nu.* 18. Ad-

63 dimus esse in culpa eum qui non exigit suum creditum dum potest, vt nedum excludatur à petitione vsurarum, sed amplius amittat hypothecam, & actionem hypothecariam, *Barz. decis.* 72. *num.* 21.

64 Est tamen verum, quod ipsa consequetur à minoribus id lucrum, quod fuisset ex eorum substantia diminutum, si tutrix sibi statim soluisset quod debebatur, *Surd. d. q.* 45. *un.* 73. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 129. *nu.* 32. *Costa d. distinc.* 21. *num.* 18. præsertim quando id fuisset faciendũ per dationem bonorum in solutum, *Cyriac. contr.* 542. *nu.* 31.

Cæterum in casibus quibus viduæ debet ir interesse solet quæri, num illud debeatur pro antefato, affirmatiuam senten- 65
tiam amplectitur *Gram. decis.* 103. *nu.* 96. *& seq.* attestans suis temporibus Sacr. Cons. consueuisse pro vidua iudicare, sequitur *Franc. decis.* 217. *num.* 2. vbi pariter de obseruantia Sacr. Cons. quam sententiam veriorem, & æquiorem defendit *Tesaur. decis.* 45. in tantum vt tunc, & in posterum semper ita iudicauerit Senatus ille: ea potissimũ ratione mouetur Grammaticus, quia dos, & antifatum à pari pro- 66
cedunt, Contrariam sententiam amplexus est *Afflic. decis.* 291. & post eum *Peregrin. cons.* 100. *nu.* 35. *&* 36. *vol.* 1. mouentur 67
ea ratione, quòd antifatum sit merum lucrum, & non sit permissum de lucro lucrũ percipere. Hanc rationem inanem dicit *Tesaurus d. decis.* 45. & illam conuellit *Vrsill. in sua additione ad prædictam decisionem Afflicti* 291. Sed respondetur ne- 68
gando antifatum debere reponi inter causas lucratiuas, siue ipsum maritum, siue vxorem consideramus. Non est lucratiua respectu mariti, quia non pendet ab eius arbitrio facere, vel non facere donationẽ propter nuptias, *Fachin. controuers. iur. lib.* 8. *cap.* 67. Non respectu vxoris, vt dicitur In textu *l. vnic.* §. *lucratiuas verò res. lib.* 10. *Cod. tit.* 35. Demum non satis esset in sui origine esse lucrum, nisi etiam vti tale petatur: quia si vti principale petatur debetur interesse.

Soluto matrimonio per mortem vxoris 69
cessantibus oneribus, non debentur interusuria marito, *Peregrin. decis.* 121. *nu.* 7. sequitur *Anton. Monach. decis. Bonon.* 6. *nu.* 26. *Gait. de credito crp.* 4. *quæsito* 8. *nu.* 1060. Idq; obseruatur etiam quòd super- 70
sint filij ex illo matrimonio, vt probat *Gratian. disceptat. forens. cap.* 427. *per totum, Oliuer. Beltramin. ad decis. Ludouis.* 573. *num.* 17. *Ant. Merenda controuers. iur. lib.* 1. *cap.* 37. *nu.* 26. sequitur *Christofor. Mart. Medic. decis.* 15. *per totam*, quia filij sint 71
potius solatio, quàm oneri, & appellantur fructus matrimonij, neq; possũt dici onera

matrimonij; quod iam non extat, *Io. Anton. Belion. conf. 64. num. 8.* Equidem deberentur pro anno iam cœpto quo decessit vxor, *Barbos. ad l. Diuortio 8. §. ob donationes nu. 20. ff. soluto matrim.*

Quando conueutum fuit à quo tempore debeat currere interesse, ab eo quis dicitur se constituisse in mora; quando autem quis semel se constituit in mora nulla
72 requiritur interpellatio, vt apud *Chartar. decis. 69. nu. 19.* quando enim certo tempore facturum se, vel daturum promisit, & adiecit, quòd si statuto tempore minimè hæc perfecta erunt certam pœnam dabit; sciat minimè se posse debitor ad euitandam pœnam adijcere, quòd nullus eum admonuit: sed citra vllam admonitionem eidem pro stipulationis tenore fiet obnoxius: cum ea quæ promisit ipse in memoria sua seruare, non ab alijs sibi manifestari debeat poscere, *l. Magnam 12. de contrahend. & committ. stipulat. lib. 8. Cod. tit. 38.* cum neminem oporteat conuentionem, vel admonitionem expectare: sed vltrò se se offerre, debitum spontanea voluntate persoluere, *l. 2. de iur. emphyteut. lib. 4. Cod. tit. 66.* dies enim statuta pro
73 domino interpellat *cap. fin. de locato lib. 3. D. tit. 18.* Inde formant regulam DD. diem certam constituere in mora, *Rota*
74 *Genu. decis. 206. nu. 3.* & id esse generale dicit *Gratian. disceptat. forens. cap. 307. nu. 20. Cyriac. contr. 502. nu. 7.* & id operatur etiam quando apposita fuisset dies incerta, *Rol. cons. 57. num. 45. vol. 1. Rot. decis. 476. nu. 2. p. 1. in nouis.* quia habet
76 vim continuæ interpellationis, *Osasc. decis. 49. num. 7. Gratian. disceptat. forens. cap. 579. nu. 12. Rota apud Farinac. decis. 106. nu. 4. vers. Tertiò p. 1. in recentis.*

SVMMAE.

Futura in iudicio peti nequeunt nu. 1.

Remedium l. diffamari non competit respectu iurium de futuro nu. 2.

Quando quæ successiuis temporibus deberi continget peti valeant nu. 3.

Alimenta menstrua vt in futurum præstentur petere possum nu. 4.

Condemnatio pro futuris sustinetur in consequentiam præteriti debiti nu. 5.

Condemnatio ad interesse quod debetur officio iudicis propter moram minimè subsistit num. 6.

In causa alimentorum sustinetur iudicium super futuro licet de præsenti nihil debeatur nu. 7.

Ante diem potest agi ob suspicionem fugæ num. 8.

Cogitans de fuga potest detineri ad effectum vt caueat nu. 9.

Creditori in diem remanet prouisum per præstationem fideiussionis nu. 10.

Suspicio superueniens casu non præbet ansam conijciendi in carceres nu. 11.

Spes probabilis iudicium subsistere facit num. 12.

Quia iudicium eo nomine dicitur præsens num. 13.

Exemplum spei probabilis nu. 14. 15.

Læsio præsens præbens ansam agendi ante tempus nu. 16.

Læsio imminens quandoq; sufficit ad agendum nu. 17.

Iudicium circa ius de futuro conualidatur num. 18.

Declara nu. 19.

Cœcus retinet dignitatem, & officium iudicandi nu. 20.

Leget sententiam per alium nu. 21.

Iudicandi munus expletur iudicio prudentis num. 22.

Num cæcus possit assumi in iudicem nu. 23.

Quid intersit inter officium iudicandi, & administrationem Magistratus nu. 24.

Iudicium accipere debet finem vbi est ceptum nu. 25.

Causa cepta cum defuncto terminanda coram eodem iudice nu. 26.

Cessionarius prosequitur iudicium ceptum à cedente nu. 27.

Contumax non iuuatur exceptione litis vertentis coram alio iudice nu. 28.

In executiuis potest adire quis diuersos iudices nu. 29.

Vidua

Vidua habet variationem fori nu. 40.
Exceptio litis pendentiæ coram alio iudice, militat si ille est ordinarius nu. 31.
Est exceptio dilatoria nu. 32.
A processu ad vlteriora erit appellandum num. 33.
Iudex primus inhibet secundo nu. 34.
Exceptionis litis pendentis virtus nu. 35.
A liquidatione datur appellatio nu. 36.
In iudicio liquidationis non seruatur ordo iudicij ordinarij nu. 37.
Interrogatus semel non debet iterum interrogari nu. 38.
Cur nu. 39.
Negotium decisum non est iterato examinandum nu. 40.
Ex noua causa potest de nouo interrogari nu. 41.
Positionibus non tenetur iterato respondere nu. 42.
Author nominatus, si in eo substantiatur iudicium est remittendus ad suum iudicem nu. 43.
Vsufructuarius conuentus debet se defendere nu. 44.
Venditor tenetur causæ defensionem suscipere nu. 45.
Non potest in se transferre iudicium n. 46.
Actor non cogitur derelinquere possessorem nu. 47.
Iudicium sustinetur in persona laudantis nu. 48.
Accusatus quando possit se eximere à iudicio nominando authorem nu. 49.
Statutum loci in quo agitatur iudicium seruatur quo ad ordinatoria nu. 50.
Articulus an causa sit appellabilis respicit ordinatoria nu. 51.
Item quòd procedatur sine contestatione litis nu. 52.
Decisoria dicuntur quæ tangunt substantiam iudicij nu. 53.
In executionibus quæ consuetudo spectanda nu. 54.
Producens scripturam videtur fateri contenta in ea nu 55.
Etiam quòd adhibuerit protestationem in partibus pro se facientibus nu. 56.
Fatetur etiam enuntiatiuè prolata nu. 57.
Confessio huiusmodi non nocet in alia causa nu. 58.
Fiscus producendo scripturam fatetur in ea contenta nu. 59.
Scripta in parte separata per productionem admittuntur nu. 60.
Exceptio clara in quocunq; iudicio admittenda nu. 61.
Exceptio peremptoria in continenti probanda admittitur nu. 62.
Sententia plurium sequenda in iudicijs n. 63.
Iudicium plurium est firmius nu. 64.
Est integrum nu. 65.
Facilius inuenitur quod à pluribus quæritur nu. 66.
Tutius est sequi iudicium plurimorum n 67.

IVDICIVM.

CAP. XVIII.

Fvtura regulariter in iudicio peti nequeunt, *l. Non quemadmodum 35. de iudicijs lib. 5. P. tit. 1.* quid enim pertinet ad officium iudicis futuri tẽporis tractus, *l. 1. §. 2. de vsur. lib. 22. P. tit. 1.* & facile contingere posset inefficacem reddi sententiam deficiente conditione, *l. litigatores 11. §. fin. de recept. arbitris. lib. 4. P. tit. 8.* & hæc multo magis repellunt actorem si per reum opponantur, *Alex. cons. 95. num. 3. lib. 1.* neq; poterit actor prætexere suum aduersarium iactare nullum sibi ius competere: etenim huiusmodi remedium non competit respectu iurium de futuro, *Franc. decis. 695. num. 6. Sese decis. 115. nu. 31. 33. & seq.* Sunt tamen quamplures casus in quibus sustinetur iudicium, etiam quo ad ius futurum. 1 2

3 Quando in præsentiarum quid debetur per illius occasionem, etiam quæ successiuis temporibus deberi continget, peti & adiudicari poterunt, secundum *Bart. in d. l. Non quemadmodum num. 2.* ne cogat de meo iure singulis annis protestari: & ita

4 ita possum agere, vt alimenta menstrua in futurum præstentur, *l.* 1. *de fideicom. lib.*6. *Cod tit.* 42. notant *Surd. decis.* 120. *per totam. Viui. decis.* 403. *nu.* 1. *Peregrin. de fideicom art.* 41. *nu.* 5. *vers. Tertio. Gratian. discept. forens. cap.* 151. *nu.* 35. *vsq; in finem*, vbi *nu.* 38. ampliat in debito annuo ex contractu: neq; enim interest hæredis condemnari nunc ad soluendum legatum illius die adueniente *Surd. d. decis.* 120. *nu.* 11. Creditor igitur nedum pensiones præteritas, & præsentes petere potest, sed etiam futuras: & condemnabitur debitor hoc modo, vt in continenti soluat præteritas, & præsentes, futuras verò suo tempore, *Peguera decis.* 154. licet enim iudicium non possit fundari super iure de futuro, quia tamen obligatio pro tempore
5 præterito, & debitum est purum, ratione adiuncti, & in consequentiam præteriti debiti puri potest fieri petitio, & condemnatio super futuris, *Cenc. de censib. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 7. *nu.* 17. *& seq. Mastril. decis.* 118. *num.* 13. vt nimirum adueniente die soluat *Merlin. decis. Lucens.* 2. *nu.* 10.
6 Vnde si in sententia fuit facta condemnatio ad interesse quod post latam sententiā currere debebat, sententia talis nullo modo valet, quia non potest videri venisse in iudicium, id quod post iudicium acceptum accidisset *l. Non potest* 23. *de iudicijs. lib.* 5. *P. tit.* 1. quando videlicet interesse debetur officio iudicis propter moram, & non iure actionis, *Gam. decis.* 110. *nu.* 35. quia de præsenti non subsit quicquam cui possit inniti ius futurum, Speciale est in
7 causa alimentorum, vt licet nihil de præsenti debeatur valeat tamen iudicium super futuro *Surd. d. decis.* 120. *num. penul. vers. Aduertendum. & num. fin. Gratian. loco prædicto in fine.* Culpa quoq; ipsius
8 debitoris præbet ansam agendi ante diem, puta quia se instruit ad fugam, vel omnia dilapidat, *Grass. except.* 41. *num.* 5. nam poterit detineri ad effectum vt caueat,
9 *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 77. *nu.* 8. satis enim remanet prouisū creditori in diem,
10 per fideiussionis præstationem *Giurb. decis.* 4. *nu.* 28. *Costa remed. subsid.* 68. *num.* 5. Necesse tamen erit quòd suspicio super- 11
ueniat culpa debitoris, & non casu fortuito, *Gomez. variar. resolut. to.* 2. *cap.* 11. *in fine.* Pari ratione si deletum chirographum mihi esse dicam, in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerit: & interim testibus quoq; id probare possim, qui testes possunt non esse eo tempore, quo conditio existit: & si summatim re exposita, ad suspicionem iudicem adducam, debeam vincere: sed tunc condemnationis exactio competit, cum debiti condicio extiterit. quod si defecerit, condemnatio nullas vires habebit, *l. in l. Aquilia.* 40. *Ad leg. Aquil. lib.* 9. *P. tit.* 2. *Peregrin. de fideicom. art.* 41. *nu.* 5.

Quotiens adest spes probabilis, quòd 12
aliquid ad effectum reducetur, iudicium subsistere poterit *Mastril. decis.* 118. *num.* 21. quia licet respectu rei dicatur ius futu- 13
rum, tamen respectu spei dicitur præsens, *Castil. decis.* 17. *nu.* 13. exemplum habemus in *l.* 3. §. *si quid* 7. *de minor. lib.* 4. *P. tit.* 4. nam si quid filio familias minori fue- 14
rit legatum post mortem patris, vel fideicommissum relictum, & captus est, fortè dum consentit patri paciscenti, ne legatū peteretur, potest dici in integrum restituendum: quoniam ipsius interest propter spem legati, quod ei post mortem patris competit *Peregrin d. nu.* 5. *vers. septimo.* Aliud exemplum est in actione pro- 15
posita per filium ad deducendum Trebellianicam; nam si illam habiturus est in omnem euentum, siue extet conditio fideicommissi, siue non, quoniam fructus percepti non veniant imputandi: citatis substitutis, ante casum fideicommissi illam detrahere poterit, quia fideicommissarij conditio non læditur *Peregrin. d. num.* 5. *vers. octauò.*

Quando habens ius futurum de præ- 16
senti læditur potest ante tempus agere, puta si pater in vita vellet declarare successorem, in eumq; transmittere successionis ius, poterit legitimus successor statim experiri: si enim potest fieri reus, non debet

pet-

permittere quòd constituatur in necessitate assumendi in omnem casum personam actoris *Pereira decis.* 129. *num.* 2. *& seq.* Non absimilis species legitur apud *Francis. Hieronymum Leo decis.* 35. *nu.* 6. *vers. Primo per tex.* ibi enim proponit patronum agentem ante mortē liberti, quia negabat se libertum, & *num.* 15. proponit alium casum, quando grauatus fideicommisso vellet alienare aliqua bona vti libera, & non supposita fideicommisso.

17 Imminens quandoq; læsio præbet causam agendi, vt euenire in actione de damno infecto obseruat *Io. Baptista Larrea decis.* 38. *nu.* 8.

18 Quandoq; tamen iudicium circa ius de futuro conualidatur; si illud ius superueniat lite pendente, *Peregrin. de fideicom. art.* 41. *nu.* 5. *vers. quarto,* maximè si superueniat ex causa de præterito, *Gall.*
19 *cons.* 14. *nu.* 37. actor tamen condemnabitur in expensis factis antequam superueniret illud ius, vt ecce qui ante solutionem egit pignoratitia, licet non rectè egit, tamen si offerat in iudicio pecuniam, debet rem pignoratam, & quod sua interest consequi, *l.* 1. §. *fin. de pignor. act. lib.* 13. *P. tit.* 7.

20 Cæcus pro alio postulare non potest, tamen & Senatorium ordinem retinere, & iudicandi officio fungi nō prohibetur *l.* 1. §. 5. *vers. quamuis de postuland. lib.* 3. *P. tit.* 1. *l. cæcus* 6. *de iudicijs lib.* 5. *P. tit.* 1. neq; enim amissionis oculorū casus, quæsitum adimit honorem, *l. Infamia* 8. *de Decurion. lib.* 10. *Cod. tit.* 31. Et si enim iu-
21 dices non possint recitare sententias mente tenus, sed debeant illas legere, tamen cæcus leget per alium *Paul. Xammar. de offic. iudic. & aduoc. p.* 1. *q.* 72. *nu.* 29. & satis erit si dicat, condemno sicut lectum est, *Bald. l. statutis* 3. *nu.* 4. *Cod. de sent. ex periculo recitand.* nā satis est quod oculis intellectus cernat, ac iudicio suo quid agendum determinet: nam munus
22 iudicandi magis consilio prudentis viri, quàm corpore, vel patrimonio explendū venit, *Vant. de nullitat. tit. ex defectu iurisdic. delegata num.* 43. Difficultas in eo posita est, num quod dicitur] de non admittendo cæco ad nouum Magistratum, sit quoq; dicendum de eo qui esset assumendus in iudicem: affirmatiuam sententiam videtur adstruere *Panorm. cons.* 47. *p.* 1. explicitè *Blanc. de compromiss. q.* 2. *nu.* 30. *& seq.* dicens cæcum non posse eligi in arbitrum, idem sentit *Paul. Xammar. de officio iudic. & aduocat. p.* 1. *q.* 12. *num.* 28. Contrarium tradidit *Duaren. disputat. anniuers. lib.* 1. *cap.* 23. cui subscribit *Menoch. cons.* 100. *num.* 252. *P. Barbos. ad l. Cum Prætor.* 12. §. *fin. nu.* 39. *& seq. ff. de iudicijs.* Ideo autem non admittitur cæcus ad nouum Magistratum, quia in Magistratu deligendo decoris cuiusdam, & splendoris publici habemus rationem: in iudice nihil aliud, quàm iudicium, prudentiam, doctrinam, virtutem requirimus. Habet autem Magistratum pro cœpto *Panorm. d. cons.* 47. si fuerit electus, ei accedit *Paul. Xammar. d. q.* 12. *num.* 29. 23 24

Iudicium vbi acceptum est semel, ibi & finem accipere debet *l. Vbi acceptum* 30. *de iudicijs lib.* 5. *P. tit.* 1. *cap. Ex tenore* 16. *de rescript.* quia non debet quis super eodem coram diuersis iudicibus trahi: tum quia esset laboriosum, tum quia absurdum, si contrariæ sequerentur sententiæ, *Paul. de Castro ad l. Nulli* 10. *num.* 2. *Cod. de iudic.* Inde infert *Surd. cons.* 221. *num.* 10. causam cœptam cum defuncto, terminandam esse coram eodem iudice, licet hæres non esset eius iurisdictioni suppositus, & sic iudicium ceptum apud iudices militares, etiam si moriatur miles, apud eosdem iudicium finiri debet, *Thomas Carleual. de iudic. disputat.* 2. *nu.* 470. *& Gratian. disceptat. forens. cap.* 906. *nu.* 6. dixit teneri cessionarium prosequi iudiciū ceptum à cedente, & non posse aliud nouum inchoare, *Alb. cons.* 690. *num.* 3. Huius regulæ diuersas limitationes proponit *Felyn. ad cap. Ex tenore* 16. *à nu.* 15. *de rescript. Lancelot. de attentat. cap.* 4. *p.* 2. *lim.* 2. *à num.* 72. *Corsat. suis sing. verbo Iudicium. Gabr. de iudicijs concl.* 1. 25 26 27

Supra-

Supradicto aegumento vtitur *Menoch.*
28 *conf.*892.*num.* 6. ad euitandum vim inhi-
bitionis transmissæ authoritate Auditoris
Cameræ, occasione litis pendentis coram
alio Iudice. Cœterum huiusmodi regula
non suffragabitur reo contumaci, neq; ob-
tutu iudicij cepti, à se tamen minimè ac-
cepti coram alio iudice, poterit se subtra-
here à iudicio corã alio post cepto, *Bart.*
*ad d.l.Vbi acceptum nu.*3. *vers. Item aduer-*
te. sequitur *Mars.sing.* 239. Per huiusmo-
di regulam non poterit fieri præiudicium
iurisdictioni alterius, quemadmodum ad-
uertunt *Cancer.var.resolut.p.*3.*cap.*10.*nu.*
38.*Cyriac.contr.*381.*nu.*49. *Intrigl. decis.*
29 49.*nu.* 24. In causis executiuis licet diuer-
sos adire iudices, neq; pendentia iudicij
coram vno, subtrahet à iurisdictione eius,
quem adiui secundo loco *Chartar. decis.*
2.*nu.*9. *Felic.p.*3.*alleg.* 26.*nu.* 32. *Tren-*
*tacinq. variar. resolut. vol.*1.*lib.*2.*tit. de*
iudic. resolut. 10. In vidua & miserabili
30 persona cessat dispositio, quia habet va-
riationem fori, *Viui. decis.*459.*num.* 11.*&*
seq. de alijs personis priuilegiatis tradit
*Ric.decis.*270.*p.*3.

31 Erit tamen opponenda exceptio litis
pendentiæ coram alio iudice, ordinario
tamen, alioqui non retardabitur secundus
processus, ita sanè tradunt *Felyn. ad cap.*
Ex tenore 16. *num.* 15. *de rescript. Abb. in*
cap. Cum ex officij 16. *num.*24.*de præscript.*
*Afflic. decis.*354. *nu.* 2. quæ oppositio est
facienda ante litem contestatam, quia est
32 exceptio dilatoria, *Afflic.ibid. nu.*9. *Surd.*
33 *cons.* 542.*nu.* 9. quòd si iudex ad vlteriora
processerit nõ obstante dicta exceptione,
erit appellandum, notat *Vrsill. ibid.num.* 2.
34 Poterit autem primus iudex ad instantiam
partis præcipere secundo iudici, vt de cau-
sa se non impediat, *Paul. de Castro ad l.*
Nulli. 10.*circa finem numeri* 2.*Cod. de iu-*
dicijs, quem sequitur *Afflic. d. decis.* 354.
35 *nu.* 3. Huius autem exceptionis litis pen-
dentiæ magnam esse virtutem contendit
*Gall.cons.*112.*nu.*29. subdens plus operari
pendentiam litis quàm sententiam. Li-
quidatio est quid diuersũ à negotio prin-
cipali, & ideo non attenditur in ea natura 36
iudicij executiui, quod vigore instrumenti
intentatur, sed datur appellatio ab ea, *Me-*
*noch.adipis.remed.*4.*nu.*70.*& seq.Gratian.*
*disceptat.forens.cap.*671.*nu.*17. *Rota decis.*
100.*num.*2.*& seq.p.* 1. *in nouiss.* tota diffi- 37
cultas eo reducitur, an debeat seruari ordo
iudicij ordinarij, & ideo procedendum sit
solemniter dato libello, citato aduersario,
& lite contestata, quod debeant hæc fieri
voluit *Bartol. in repetit. l.* 3.*nu.*15. *Cod. de*
pignor. obseruat *Tort. ad stat. Papiæ Rubr.*
52.*num.*26.*Post de manutenend.obser.*107.
*num.*53. quo ad libelli oblationem, & litis
contestationem, contrarium voluit idem
*Bartol.ad l.*2.*nu.*5.*&* 6.*Cod.de sentent.quæ*
sine certa quantitate &c. Scacc.de appellat.
q. 17. *limit.*9. *nu.* 35. quia licet possint op-
poni omnes exceptiones iudicij ordinarij,
ordo tamen illius iudicij non est necessa-
rius. Quò verò ad exceptiones erit obser-
uandum non esse proponendas aliquas
quæ tendunt contra instrumentũ, colligit
*Gratian.decis.*212.*nu.*12. accedit *Scacc. de*
appellat. q. 17. *lim.*9.*nu.*34.

Semel interrogatum non esse vlterius 38
interrogandũ dicimus: & ideo si respon-
sum est in prima instantia capitulis, & ea-
dem capitula iterum ponantur in causa
appellationis, ille qui nõ vult de nouo res-
pondere, pro confesso non habetur; quia
semel respondendo satisfactum est legis
mandato, *Bald. in l. Ampliorem* 27. §. *in*
refutatorijs nu. 1.*Cod.de appellat.* & secun-
da interrogatio est superflua: vnde inter-
rogatus siue dicat se non teneri responde-
re, siue nihil dicat non habetur pro con-
fesso, *Idem Bald. in l.*2. §. *sed obseruari nu.*
20. *Cod. de iur. iurand. propter calum-*
dando.

Iure autem merito semel interrogatus 39
non deberet iterum interrogari, ad eui-
tandum metũ periurij, si forte aliter quàm
prius responderet, *Gail.lib.*1.*obser.*128.*nu.*
6. *Ruginel. de appellat.* §. 10.*gl.*4.*num.*75.
Præterea si iterato interrogare liceret, esset 40
introducere examen negotij, quod iam
est decisum, quod non est permissum *Bartol.*
ad

ad l. qui iuraſſe 26.§. ſi pater nu.3.ff.de iure iurando. Poterit tamen ex noua cauſa in-
41 terrogari: vt ſi nunc apertæ] ſunt atteſtationes: nam debet nunc credere quod ante non credebat, *Bald. d. l.2. nu.19. Salyc. n.17. in fine.* confirmat *Paul. de Caſtro conſ. 447. nu.4. p.2.*

42 In ſimili videmus, quod ſi in prima inſtantia reſponſum eſt poſitionibus, ſi de nouo producantur in cauſa appellationis non tenetur eis reſpondere, *Oſaſc. deciſ. 14. nu. 8.*

In iudicijs quandoq; habet locum nominatio alterius in dominum, vel poſſeſſorem, & propterea ad cognoſcendũ quando illa procedat, & poſſit conuentum eximere à iudicio ita dicas: aut conuentus
43 nullum habet ius in re, & tunc indiſtinctè fieri debet naminatio, & ipſe liberatur ab obſeruatione iudicij, & auctor nominatus tamquam reus neceſſarius poteſt prætendere cauſam debere remitti ad ſuum iudicem, *Cancer. variar. reſolut. p.2. cap.13. nu.75. in nouiſſimè impreſſis*, quia non venit ad iudicium aſſiſtendo, ſed principaliter ius ſuum defendendo, *Cyriac. contr. 383. n. 15.* Vt ecce ſi colonus nominat locatorem in dominum ipſe liberatur ab obſeruatione iudicij, quia nullum ius habeat in re. Si verò conuentus habeat ius etiam ex propria perſona, puta quia ſit emphyteuta, feudatarius, vſufructuarius, & huius generis alia perſona, tunc refert ſcire an conueniatur tantum ſuper iure proprio, aut etiam petitio amplectatur vtrunq; ius: priori caſu non admittiur nominatio ad liberandum, & eximendum conuentum à iudicio, ſed admittitur ſolum vt nominatus pro ſuo intereſſe poſſit comparere, & etiam conuento ſubminiſtrare deffenſiones quas exhibebit coram iudice nomi-
44 nantis, & ita vſufructuarius poterit conueniri rei vindicatione aduerſus ius ſuum, & tenetur illud defendere, ni velit eo priuari *Gam. deciſ.265. nu.5.* ſequitur *Cancer. variar. reſolut. p.2. cap.13. nu.65.* In ſecundo caſu poteſt admitti nominatio, ſed ſi omittatur iudicium ſuſtinebitur. Hanc theoricam docet *Abb. ad cap. Quia frequenter §. In alijs nu. 23. Vt lite non conteſtata. Bartol. ad l. 2. nu. 6. Cod. Vbi in rem actio*. De emphyteuta loquitur *Gamma deciſ.332.* & prædictam diſtinctionem approbat *Cancer. var. reſolut. p. 1. cap. 14. nu. 99. in nouiſſimè impreſſis*.

Venditor tenetur de iure cauſæ defen- 45
ſionem ſuſcipere, & ideo nõ poteſt ab aduerſario recuſari, *Cæphal. conſ.168. nu.23. Io. Sychardus ad l. 1. nu. 8. Cod. Vbi in rem actio*, dum tamen velit ſe continere intra terminos defenſionis: alioqui ſi vellet in 46
ſe transferre iudicium ad effectũ eximendi ipſum emptorem non admitteretur inuito actore, *Bald. d. l. 1. num. 2. verſ. præterea 51. Salyc. ibid. nu.2. Natta conſ. 630. nu. 2. Hended. conſ. 25. nu.7. vol.1. Mangil. de euiction. q.5. nu.12. Giurb. deciſ.8. nu. 30.* quia non cogitur derelinquere poſſeſ- 47
ſorem, *Fedric. de Senis conſ. 261. Io. de Amicis conſ. 19. Aloyſ. de Leo d. l. 1. nu. 10.* & hoc dicimus laudare authorẽ, quod non efficit quin iudicium non valeat con- 48
ſiſtere in perſona laudantis, *Gram. deciſ. 21. per totum, Cancer. var. reſolut. p.3. cap. 16. nu. 131. & ſeq. Peregrin. deciſ. 60. n.4.* & ideo poteſt actor proteſtari, quòd per interuentum nouæ perſonæ alienam defenſionem ſuſcipientis non intendit diſcedere à reo conuento, nec illius perſonam relinquere, *Cancer. var. reſolut. p.2. cap.14. num. 162.* Modo quæſtionis eſt num actor debeat citarè iſtum defenſorem, & videtur id ſuadere, quòd defenſor non poteſt repelli ab actore: alioqui fruſtra eſſet in iudicio, & fruſtra diſputaretur, num debeat admitti etiam actore inuito. ſuffragatur alia ratio, quòd poteſt venire ad iudicium animo nouandi inſtantiam, & ſic vt in ipſum tranſeat inſtantia, ſed executio dirigitur in ipſum emptorem, *Benintend. deciſ. 92. num. 2.* Exemplum nominationis auctoris eximentis nominantem, legitur apud *Cyriac. contr. 512. nu. 12.*

Accuſatus, quòd habeat merces quæ 49
ceciderint in commiſſum, nominando illarum auctorem, & dominum ſe eximit à

molestia, Itidem habens mensuram falsam penes se, si indicauerit illius dominũ, statim euadit molestiam, Idem *Cyriac. contr.* 131. *nu.* 24. dum tamen non appareat ipsum scientem fuisse corruptellæ. Nominatio domini debet fieri ante litem cõtestatam, quia est exceptio dilatoria, nisi dicamus posse fieri refectis expensis parti, *Cancer. variar. resolut. p.* 3. *cap.* 16. *nu.* 124.

In ordinatorijs iudicij habetur ratio statuti loci in quo agitatur iudicium *Gratian. disceptat. forens. cap.* 225. *nu.* 34. *Cyriac. contr.* 384. *nu.* 36. sed in decisorijs respiciendum ad statutum loci contractus:

51 Articulus, an causa sit appellabilis respicit ordinatoria iudicij, *Rota decis.* 182. *nu.* 2. *& seq. p.* 3. *in nouiss.* Item quòd procedatur

52 tur sine contestatione litis, *Bald. ad l. Cunctos populos nu.* 94. *Cod. de summ. trinitat. & fide catholica.*

53 Decisoria illa dicuntur quæ tangunt substantiam iudicij, puta quòd testes sint tot numero *Bald. ad l. Cunctos populos nu.* 94. *de sum. trinit. & fide Catholic. lib.* 1. *Cod. tit.* 1. Quare in executionibus spe-

54 ctanda est consuetudo fori iudicij, & non contractus *Bald. in cap. fin. num.* 34. *vers. & in executionibus de Confess.* & in tantũ est spectanda consuetudo iudicij; vt si coram vno iudice scriptura habeat executionem paratam, puta coram mercatoribus, si producatur coram potestate id nequaquam sit seruandum Idem *Bald. d. num.* 34.

55 Producens scripturã videtur fateri contenta in ea, *Menoch. cons.* 332. *num.* 23. *Surd. cons.* 449. *nu.* 15. 483. *nu.* 21. 528. *nu.* 17. *Adrian. Negusant. q.* 78. *num.* 1. *& seq.* 272. *nu.* 52. *Rota apud Farinac. decis.* 2. *nu.* 1. 227. *nu.* 1. 242. *nu.* 3. 249. *nu.* 3. *p.* 1. *in recentior.* etiam quòd adhibuerit protestationem in partibus pro se facien-

56 tibus, *Surd. cons.* 432. *nu.* 30. *Adrian. Negusant. q.* 528. *num.* 6. *Francis. Marc. q.* 60. *circa finem p.* 1. quando tamen pars illam productionem acceptauit, *Surd. cons.* 151. *nu.* 94.

57 Conclusio autem procedit etiam quo ad ea quæ in scriptura producta enuntiatiuè, aut incidenter exprimuntur, *Bec. cons.* 3. *num.* 38. *Rota apud Farinac. decis.* 249. *num.* 6. *p.* 1. *in recentior.* sed contrarium dicit *Menoch. cons.* 342. *nu.* 10. ego temperarem quatenus enuntiata essent impertinentia. Est tamen confessio de 58
qua supra ficta, quæ in alia causa non noceret, *Rota apud Farinac. decis.* 539. *nu.* 4. *p.* 2. *in recentior.* Regula autem antedicta 59
habet locum etiam in Fisco, *Rota apud Farinac. decis.* 108. *num.* 3. *p.* 1. *in recentior.* nec non in scriptura scripta à tergo, & in 60
parte separata, *Costa de facti scientia inspec.* 62. *nu.* 4. *Gall. cons.* 123. *nu.* 84. etiam quòd scriptura esset minus solemnis, *Bec. cons.* 213. *nu.* 39.

Exceptio clara ita vt non egeat proba- 61
tione est admittenda in quocunq; iudicio, *Ludouis. decis.* 425. *num.* 3. *& seq.* etiam manutentionis, *Cenc. de censib. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 2. *nu.* 5. *in fine in addit.* si tamen de ea ex tenore sententiæ, vel ex actis cõstat, *Roder. de annu. redit. lib.* 1. *q.* 16. *nu.* 29. *vers. quod limitandum.* & non egeat aliqua disputatione *Cancer. variar. resolut. p.* 3. *cap.* 14. *nu.* 54.

Pari ratione dicimus in iudicijs admitti 62
exceptionem quamlibet peremptoriã ad impediendum litis ingressum quando incõtinenti probari potest, tradit *Alex. cons.* 62. *nu.* 11. *lib.* 7. *Trentacinq. var. resolut. lib.* 1. *tit. de rescript. resolut.* 5. *nu.* 27. *& seq. Gratian. disceptat. forens. cap.* 632. *nu.* 34. rationem assignat *Aufrer. ad Capell. Tholos. q.* 67. *num.* 2. quòd in notorijs, & manifestis ordo iudiciarius non est necessario requirendus.

In iudicijs plurium sententia sequenda 63
est, *cap. Episcopus* 65. *distinc.* vbi enim multa consilia, ibi salus *prouerb. cap.* 40. sic & *Symmach. lib.* 4. *epis.* 27. legem Curiæ Romanæ illam esse scribit, vt maioris numeri antistet authoritas, *& lib.* 2. *epis.* 36. Ipsa ad te nisi bonis probata, ait, sed numero fortasse vincenda: cuius moris meminit Prudentius non minus pietate, quàm prudentia clarus *lib.* 1. *contra Symmachum*:

Si

Si consulta patrum subsistere conscriptorum.
Non aliter licitum perisco subtempore, quàm si
Tercentum sensisse senes legerentur in vnum,
Seruemus leges patrias: infirma minori.
Vox cedat numero, paruaq; in parte silescat.

De hac verò Romanæ Curiæ lege meminit apud Ciceronem *Cælius lib. 8. epist. 8. Quod eorum iudicium maior pars iudicarit, id ius ratumq; esto.* Iudicium enim pluriũ reputatur firmius, quàm vnius, *Gail. lib. 1. obser. 33. num. 3. Gall. cons. 18. num. 100. Bec. cons. 216. nu. 28. Menoch. cons. 345. nu. 26. Fontanella decis. 284. nu. 6. 296.*
67 *nu. 4.* & circumfertur iudicium esse integrum, quod multorum sententijs comprobatur, *Fontanel. decis. 3. nu. 13. 120. nu. 10. Gall. cons. 53. nu. 26.* facilius enim inue-
66 nitur quòd à pluribus quæritur *Bec. cons. 161. nu. 15. 197. nu. 9.* & ideo si adsit copia peritorum, plures sunt eligendi, & non statur iudicio vnius tantum. *Cyriac. contr. 222. nu. 94.* est enim tutius sequi iudicium
67 plurimorum, quàm vnius singularis, *Gall. cons. 83. nu. 73.*

SVMMAE.

Iuramentum non validitat contractum ipso iure nullum nu. 1.
Regulatur secundum naturam actus super quo interponitur nu. 2. 11.
Pactum à iure communi remotum non est seruandum nu. 3.
Ex actu nullo non oritur obligatio nu. 4.
Iuramentum non confirmat vbi non adest quicquam confirmabile nu. 5.
Deficiente legitima causa obligationis omnia accessoria corruunt nu. 6.
Iuramentum non inducit, sed tantum confirmat obligationem nu. 7.
Intercessio mulieris pro marito est ipso iure nulla nu. 8.
Virtus verborum, nullius momenti nu. 9.
Ex actu cui lex resistit nulla oritur obligatio nu. 10.
Melioratio facta à patre, filias dotando, non firmatur iuramento nu. 13.
Contractus filij familias absq; consensu parentum non firmatur iuramento nu. 14.
Qui contrahit contra expressam legis prohibitionem lethaliter peccat nu. 15.
Conseruatio dotium mulierum continet publicam vtilitatem nu. 16.
Priuati non possunt derogare iuri publico num. 17.
Filius familias non potest renuntiare prouisioni S. C. Macedoniani nu. 18.
Dominus non potest vni prædia vendere, & ad alterũ transferre censitos seruos n. 19.
Fauor publicus potest considerari principaliter, & etiam secundario nu. 20.
Distinctio prædicta non attenditur quando damnum publicum non potest distingui à priuato nu. 21.
Matrimonia clandestina ob bonum publicũ improbata nu. 22.
Dispensationem impetrant mulieres quando volunt fideiubere pro maritis nu. 23.
Assumuntur informationes de præcisa necessitate maritorum nu. 24.
Iuramentum ex mente deliberata partium præstitum est efficacius nu. 25.
Iuramenta hodiè vt plurimum præstantur ex stylo Notariorum nu. 26.
Fideiussio iurata vxoris adimplenda n. 27.
Excipiendo non dicitur contrauenire n. 28.
Obligatio mulieris secundum terminos S. C. Velleiani erat valida, sed infirmabatur ope exceptionis nu. 29.
Secundum terminos auth. si qua mulier, strictius procedimus nu. 30.
Mulier obtenta relaxatione iuramenti, non adstringitur fideiussione præstita pro marito nu. 31.
Dispositio cap. Ex rescripto, de iure iurando procedit in terris in quibus seruatur ius canonicum nu 32.
Iuramentum ex parte recipientis quando sit iniquum nu. 33.
Mulier potest intercedere vt eximat maritum à periculo carcerationis nu. 34.
Contra nu. 35.

Auth. si qua mulier non excipit aliquem casum nu. 36.
Liberare à carcere est laudabile nu. 37.
Necessitas ob luxum superueniens non est digna miseratione nu. 38.

IVRAMENTVM.

CAP. XIX.

Vramenti materia præbuit ansam nostris interpretibus copiosos edendi tractatus vt hoc nomine voluerim illam breui discursu concludere, contentus discussione vnius, vel alterius articuli.

1 Iuramentum non validare contractum ipso iure nullum censuit *gl. in auth. Si qua mulier verbo, nullatenus ad S. C. Velleian. lib.* 4. *Cod. tit.* 29. & cum gl. transiuerunt DD. inter quos *Salyc. ibid. nu.* 2. *in fine. Dec. cons* 587. *num.* 2. *in fine. Socin. Iun. cons.* 44. *nu.* 17. *vol.* 2. *Roland. cons.* 7. *nu.* 39. *vol.* 3. *Bec. cons.* 52. *nu.* 40. 99. *num.* 24. *Gozad. cons.* 16. *num.* 13. *Gail. lib.* 2. *obser.* 59. *nu.* 5. *Honded. cons.* 45. *nu.* 34. *vol.* 1. *Gram. decis.* 103. *nu.* 70. *& seq. Ieremias Setzer. de iuram. lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 6. *Mancin. de iuram. p.* 4. *effec.* 1. *q.* 3. *nu.* 11. *Seraphin. de iuram. priuileg.* 129. *num.* 10. *Farinac. q.* 35. *nu.* 8. quia regulatur secun-
2 dum naturam actus super quo interponitur, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 722. *nu.* 39. Quoties enim quid gestum est contra prohibitionem, ne dum ipsum corruit, sed si quid fuerit subsequtum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est: illud quoq; cassum, & irritum esse iubetur: vnde secundum prædictam regulam certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec Sacramentum admitti. *l. Non dubium* 5. *de legibus. & Constitut. Principum lib.* 1. *Cod. tit.* 14. Et quemadmodum si quis testamento fieri scripserit, quod contra ius est, vel bonos mores non valet, ita iusiurandum contra vim legum, & auctoritatem iuris in testamento scriptum nullius erit momenti: ita Diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, *l. si quis inquilinus* 112. §. *penul. & vltim. de legat.* 1. *lib.* 30. *P. tit.* 1. postquam fuuerit ab eo impetrata absolutio. Ita videmus pactum à iure communi 3
remotum seruari non oportere: sed neq; iusiurandũ de hoc adactum, ne quis agat seruandum, & id Marcellum lib. 2. digestorum scribere, *l. Iurisgentium* 7. §. *& generaliter*, 16. *de pact. lib.* 2. *P. tit.* 14.

Porro antedictæ regulæ illa ratio fuit, 4
quòd ex actu nullo ipso iure, nulla oriatur obligatio neq; ciuilis, neq; naturalis, & cõsequenter nullum adsit subiectum, quod possit per iuramentum confirmari: vnde *Roman. cons.* 12. *nu.* 4. Dicebat se non videre quomodo possit iuramentum confirmationem inducere, quando non reperit quid confirmabile, & consimili ratiocinatione vtitur *cons.* 293. *nu.* 3. *vers. Quædam verò est donatio. Surd. decis.* 33. *num.* 13. 289. *nu.* 8. *Socin. Iun. cons.* 48. *nu.* 17. *vol.* 1. *Caual. priac. q.* 900. *nu.* 11. *& seq. Ang. in cons.* 160. *sub nu.* 3. *vers. Est enim*: dicebat impossibilem esse confirmationem, 5
nisi præsupponamus aliquod subiectum confirmabile, refert eius dictũ *Socin. iun. cons.* 44. *nu.* 17. iuncto *nu.* 20. *vol.* 2. *Roland. cons.* 57. *nu.* 57. *vol.* 3. & pro indubitato ponit *Adrian. Negusant. in syl. resp. q.* 330. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 423. *num.* 48. dicebat deficiente legitima 6
causa obligationis omnia accessoria corruere: nam extincta substantia cõtractus, inquit, vel eius solemnitate, præceptum quarentigiæ, iusiurandum, & similia non attenduntur, cum impossibile sit, quòd accessoria vestiant principale, & dent illi robur, & vires, si de se est inualidum, & inefficax: eamdem ratiocinationem approbat *Baez. in tractat. de non meliorand. dotis ratione fil. nu.* 8. *& seq.*

His suffragatur illud effatum, iuramen- 7
tum non esse modum inducendæ obligationis, sed solum confirmandæ, vt apud *Grat. resp.* 15. *nu.* 32. *&* 33. *lib.* 1. & hanc esse receptiorem sententiam testatur *Vasq.*

de

de succefs.to. 1.§. 28. *lim.* 32.*nu.*2. & ideo ex solo iuramento promissionis non nasci obligationem,neq;actionem receptum,vt probat *Fachin. controuers. iur. lib. 2. cap.* 100.vbi expendit argumenta quæ pro parte contraria adduci solent, & in tantũ hoc est verum, vt neq; etiam augeat substantiam obligationis, sed ei solum addat robur, *Bald.in l.si procurator.6.nu.*10.*in fine, ff. de condic. indebiti, Surd. decis.* 3. *nu.* 9. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 4. *tit.* 32. *nu.* 90. *& lib.* 12. *tit.* 13.*nu.*20. *Rot. decis.* 38. *num. fin. p.* 2. *in recentior. Osasc. decis.* 2. *nu.* 6. 92. *nu.*26. *Felic.allegat.* 10. *nu.* 75. 76. Inde colligebat *Surd. cons.* 20. *nu.* 7. iuramentum appositum in contractu societatis non efficere illã transitoriam ad hæredes.

8 Intercessio igitur mulieris pro marito non conualidabitur, quia fit ipso iure nulla,quemadmodum notat *Panorm.cons.*44. *p.* 1. & dicunt omnes in Auth. Si qua mulier, vt testatur *Surd. d. decis.* 164. *nu.* 11. *in fine. Marescott. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 3. *Mastrill. decis.* 140. *num.* 1. *Caual. q.* 900. *num.* 4. *Christofor. Mart. Medic. decis.* 45. *nu.* 5. & quòd ex ea non oriatur aliqua obligatio nedum ciuilis, sed neq; naturalis, inde intelligimus, quia lex annullat contractum ab initio, iubendo gestum nullatenus valere: & ita esse, ac si neq; factum quicquam,neq;scriptum esset, & similia verba ponderat *Roman. cons.* 12. *nu.* 4. quæ leguntur *l. sancitum.* 34. ibi, *hoc pro non scripto,vel non intellecto esse credatur. de donat. lib.* 8. *Cod. tit.* 56. ad ostendendum nullam oriri obligationem, nedum ciuilem,sed neq; naturalem, & *Ierem. Setzer. de iuram. lib.* 1. *cap.* 21.

9 *num.* 6. colligit ex illis verbis, *nullius momenti*, actum esse nullum ipso iure, accedit *Grat. d. resp.* 15. *num.* 31. quodq; ex

10 actu cui lex resistit nulla oriatur obligatio, neq; naturalis ostendit *Plot. in sua repetit. nu.* 267. verba faciens de contractu minoris cui resistit dispositio statuti Nouariæ *Gutier. de iuram. confirmatorio p.* 1. *cap.* 1. *nu.* 40. Iure igitur merito possumus affirmare cum *Honded. cons.* 43. *nu.* 34. *vol.* 1. *Mastril. decis.* 140. *nu.* 5. intercessionem mulieris,nullam à lege iudicatam, minimè firmari iuramento, vt nominatim etiam notauit *Molfes. in consuetud. Regni p.* 8. *q.* 5. *num.* 10. quia iuramentum regulatur 11

secundum naturam contractus, *Caual. q.* 900.*nu.*7. & statuto Genuæ id fuit cautum vt apud *Chartar. decis.* 81. *per totum*.

Consimili ratione melioratio facta à patre, filias dotando, minimè firmatur iura- 12

mento, quemadmodum neq; firmari promissionẽ factam à carcerato probat *Ieremias Setzer. d. cap.* 21. *num.* 6. *Menoch.* quoq; *cons.* 465. *nu.* 12. docet alienationẽ 13

factam à minore sine decreto, & debitis solemnitatibus non accipere fomentum à iuramento: intelligimus etiam Sac.Conf. 14

irritum declarasse contractum cum filio familias initum absq; assensu parentum non obstante iuramento,attestante *Gram. decis.* 12. *in fine*, quia prouisio Regni resisteret, & quidem summa ratione, cum iuramentum non debeat esse peccati nu- 15

tritiuum: nam qui contrahit contra expressam legis dispositionẽ lethaliter peccat, *Baez. d. cap.* 29. *nu.* 9.

Præterea cum prohibitio facta mulieri 16

præseferat quamdam publicam vtilitatẽ, conseruationem scilicet dotium ipsarum mulierum, vt admonet *Gram. d. decis.* 12. 17

sub nu. 14. non conuenit vt illa iuramento firmetur, ne sit in facultate priuatorum derogandi iuri publico, *Gomez. variar. resolut. to.* 2. *cap.* 14. *nu.* 24. *vers. Aliquando. Caual. q.* 900. *nu.* 8. *& seq.* eodem argumento vtitur *Hering. de fideiuss. cap.* 6. *nu.* 204. *& seqq.* ad probandum fideiussionẽ dotis nomine præstitam non firmari iuramento,& *Ierem. Setzer. de iuram. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 7. probat filium familias nõ 18

posse renuntiare cum iuramento prouisioni Sen. Conf. Macedoniani. Non etiam 19

potest dominus prædia vni vendere, & ad alterum transferre censitos seruos, vel eos penes se retinere, *l.* 2. *& l. quemadmodum* 7. *de agricol. & censit. lib.* 11. *Cod. tit.* 47. Neq; turbat quod obijci posset ex Bartolo

tolo in l. si quis pro eo. 28. nu. 9. de fideiuss.
20 lib. 45. P. tit. 1. Gomez. variar. resolut. to.
2. cap. 14. conseruationi dotium principa-
liter prouideri ob priuatam vtilitatem ip-
sarum mulierum, secundario verò fauore
publico: loquentes verò de fauore publi-
co, respexisse ad fauorem qui tenet primũ
locum, non autem secundum in eo actu,
vt declarat Bartol. d. l. 28. nu. 7. Parlador.
rerum quotid. lib. 2. cap. 4. num. 34. Sera-
phin. de iuram. priuileg. 61. num. 13. Res-
21 ponsio in promptu est, tunc demũ ponen-
dam esse differentiam inter prohibitionẽ
factam principaliter fauore priuato, sed
secundario fauore publico, ab ea quæ vi-
ce versa procedit: quando damnum pu-
blicum potest à priuato separari: sed quan-
do vnitim procedunt, tunc distinctio an-
tedicta non suffragatur, Surd. de alim. tit.
8. priuileg. 56. nu. 55. vsq; ad 59. Gratian.
disceptat. forens. cap. 233. nu. 35. & ob id
dicebat Calcaneus cons. 25. num. 34. vers.
sed etiam videtur dicendum. non posse re-
nuntiari statuto requirenti insinuationem
in donationibus, quia vtilitas priuata non
possit separari à publica. Vnde siue veti-
tum sit mulieri pro altero intercedere,
principaliter fauore publico, quod fortasse
verius est hodiè, postquã Imp. voluit huius-
modi contractus declarare nullos ipso iu-
re: quia si voluisset principaliter respicere
ad priuatum commodum mulierum, satis
eis erat prouisum per S. C. Velleianum
ope exceptionis: siue dicamus id proces-
sisse ob publicam vtilitatem quidem, sed
secundario, semper verum erit affirmare
ob mutuam connexionẽ iuramento haud
firmati intercessionem mulieris, id post
multos sensit Gratian. disceptat. forens.
cap. 108. num. 9. & hac ratione dicimus
promissionem mulieris, etiam iuratam, de
contrahendis nuptijs clam factã, non obli-
gare ipsam, eo quia matrimonia clande-
22 stina fuerint ob bonum publicum impro-
bata, Io. Valer. de different. vtriusq; fori,
verbo, Iuramentum differ. 9. in fine. In
nostra hac prouincia indubitatum est, iu-
ramentum non esse sufficiens ad sustinen-
dum intercessionem vxorum, & proinde 23
solere mulieres confugere ad Sen. Excell.
vt obtineant dispensationem quo possint
pro viris fideiubere: quę consuetudo si nõ
fuerit seruata fortè actum irritum reddet,
argumento eorum quæ tradit Menoch. 24
cons. 814. nu. 2. quæ quidem dispensatio-
nes non ità facilè conceduntur, sed tunc
demum cũ ex informationibus iussu Am-
plissimi ordinis sumendis, constiterit de
præcisa necessitate maritorum, quo etiam
casu admodum cautè esset procedendum,
ne mulier penitus indotata remaneat, A.
Fab. sui Cod. lib. 4. tit. 21. defin. 2. 25

Quod si mordicus contendat quis iura-
mentum suas exercere vires, dico id fore
intelligendum de iuramento præstito ex
mente deliberata partium, ac latissimè, &
in forma plenissima, vt post multos quos
citat, respondet Socin. Iun. cons. 144. nu.
20. vol. 1. sequitur Seraphin. de iuram. pri-
uileg. 61. nu. 24. & reddit rationem Socin. 26
nu. 37. quia hodiè iuramenta simpliciter
præstita videntur potius scripta ex stylo
Notariorũ, quàm quòd partes intelligant
quid agant, Idem Socin. cons. 48. num. 39.
vol. eo. Seraphin. de iuram. tit. 8. priuil. 49.
nu. 31. Gall. cons. 105. nu. 112. & iterum
cons. 118. nu. 70. & ideò minimè habendũ
in consideratione.

Quod si fortè obijciatur decisio Sum.
Pont. in cap. Ex rescripto 9. de iure iurand. 27
lib. 2. D. tit. 24. quia iubet vt faciant adim-
pleri fideiussionẽ iuratam vxoris: ex quo
iuramenta eiusmodi non redundent in
præiudicium alterius, nec obseruata ver-
gant in præiudicium salutis æternæ, cap.
Cum contingat. 28. tit. eo. notat Fachin.
controuers. iur. lib. 2. cap. 61. Fernand.
Vasq. de success. to. 1. lib. 3. §. 28. limitat.
52. nu. 61.

In primis responderi poterit cum gl. ad
cap. ex rescripto, verbo, & vxorem. decisio-
nem illam procedere, donec mulier exce-
perit de inualiditate obligationis, quia ex- 28
cipiendo nõ dicitur contrauenire, vt pro-
bat Neuizan. cons. 22. num. 45. Caual. q.
900. nu. 35. secundo respondeo decisionẽ
illam

illam accipiendam esse secundum termi-
29 nos S. C. Velleiani quo obligatio erat valida, sed infirmabatur ope exceptionis, & ita sentit *Tesau. decis.* 322. *num.* 15. & 30 non mirum, cum in casu *auth. si quamulier.* procedendum sit strictius, vnde *Surd. decis.* 164. *nu.* 13. obseruabat dispensationem concessam in casu simplicis Velleiani nō trahi ad obligationem suscipiendā pro marito. Isto igitur casu obtēta relaxatione
31 iuramenti non erit mulier adstricta obseruantiæ contractus, *Pascal. de patr. potest. p.2.cap.* 1. *n.*100. Tertio dico, decisionem procedere tantum in terris, in quibus ser-
32 uatur ius canonicum, in cæteris verò non attendi, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 233. *nu.* 43. *& seq.* dum differit, de illo articulo, num liceat dare fideiussores dotiū, & hac sensu accipiendi qui dicunt promissionem iuratam mulieris sustineri de iure canonico, nimirum *Farinac. decis.* 775. *nu.* 6. *p.* 2. *in recent.* & prius *decis.* 619. *nu.* 3. *Ludouis.*
33 *decis.* 321. *nu.* 3. Demum nō tacebo, quòd licet ex parte mulieris iuramentum sit seruandum; attamen ex parte recipientis iniquum reputatur, & consequenter illius vis debilitatur per interuentum relaxationis: sicq; ratiocinatur *Menoch. de success. lib.* 3. §. 22. *nu.* 20.

34 Quid si intercessit vxor quia vidit maritum subacere periculo carcerationis: eo enim casu licere mulieri intercedere non obstante S. C. Velleiano contendit *Surd. cons.* 367. quem sequitur *Pyrr. Maur. de fideiuss. sect.* 8. *cap.* 3. *num.* 81. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 108. id sensisse *Bald. in cons.* 5. *vol.* 5. obseruat *Tiraq. de ll. connub. gl.* 8. *nu.* 285. *Ioseph. Ludouic concl.* 2. *vers. Fallit vndecimo. Valent. Franc. de fideiuss. cap.* 2. *nu.* 187. & hanc opinionem præualuisse apud Senatū Taurini obseruat *Thesaur. lib.* 2. *q.* 65. *nu.* 1. potissimum quando non remanet penitus indotata, sed salua remanet pars dotis.

Huc difficultati credimus facili nego-
35 tio satisfieri posse: nam si ponderetur authoritas suprascriptorum authorum, intelligemus illam non multum nos mouere debere, quoniam inter ipsos aliqui mutarunt sententiam, nempe *Surd. decis.* 86. *nu.* 10. *& seq.* Amplius eis oppono *Franc. decis.* 578. cum maiori parte consiliariorū, vt testatur *Gizarell. decis.* 4. ibi enim resoluit metum carcerationis, imo neq; ipsam carcerationem mariti sufficientem esse ad sustinendam intercessionem vxoris. Et re vera non est tanti facienda exemptio mariti è carcere. tum quia cedendo bonis poterit se liberare, tum quia hoc pacto facile erit eludere S. C. quia maritus re composita cum creditore, posset permittere, se ad carceres duci, vt induceret vxorem ad validè fideiubendum, & sic persuasus Senatus Sabaudiæ, iudicauit obligationem susceptam à muliere pro excarcerando marito obærato minimè sustineri, *A. Fab. sui Cod. lib.* 4. *tit.* 21. *defin.* 16. Accedit illa ra- 36
tio, quòd Imp. Iustinianus in allegata auth. si qua mulier. generaliter fuit loquutus, neq; aliquem casum excepit, in quo mulier validè posset pro marito intercedere, etiam si ageretur de dotanda propria filia, *Surd. decis.* 164. *nu.* 14. *Honded. cons.* 45. *nu.* 24. *vol.* 1. *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 13. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 647. *nu.* 13. Demum in hanc sententiam adducor, quòd potissimum argumentum quo vtuntur scribentes ad demonstrandum obligationem mulieris intercedentis pro viro carcerato, aut de proximo carcerando, deducatur à speciebus non admodum dissimilibus, ex quibus formant conclusionem, S. C. Velleianum silere, quando concurrit fauor piæ causæ, & piam causam dicunt esse, liberare maritum à carcere: quia non sit minus lauda- 37
bile eum liberare à carcere, vel potestate creditorum, quam liberare manibus hostium, vt considerat *Baeza de inope debit. cap.* 3. *nu.* 18. *Rot. decis.* 63. *p.* 2. *in nouiss. Surd. cons.* 367. *nu.* 42. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 108. *nu.* 34. Huic ratiocinationi multipliciter responderi potest: & primo longam esse differentiam inter obligationem susceptam ab vxore pro viro, & obligationē susceptam pro quibusuis alijs personis:

sonis: ex illa diximus nullam nasci obligationem, quia lex illius ortum impediat: in alijs verò casibus nascitur quidem, sed inefficax redditur exceptione à S. C. Velleiano tributa, & hoc voluit dicere *Tiraq. allegato priuileg.* 113. alioquin malè fuisset loquutus: hoc posito, ostendo pietatis cōsiderationem nihil penitus ad rem facere. Dicitur *in l. penultim. & vltim. Cod. ad S. C. Velleianum* æquum esse quòd S. C. taceat, quod nihil aliud est, quàm dicere æquitates ad inuicem sibi occurrentes cōquassari, quod equidem aliter fieri non potest, nisi præsupponamus ortam esse obligationem, sed ex quadam æquitate ope exceptionis elidi: quod certè non contingit in intercessione facta pro marito quæ non indiget exceptione, cum nulla orta sit obligatio: qui igitur fieri poterit, vt æquitas piæ causæ in scenam veniat, si nulla ex latere mulieris allegatur exceptio, & consequenter non possit dari concursus æquitatum. Addo præterea non satis futurum reperiri maritum obæratum, & adstrictum obligatione priuilegiata, pro qua nedum bona distrahi, sed etiam persona carceri mancipari valeat: quandoquidem habemus textum clarum irritantem obligationem mulieris susceptam pro viro ob causam publicam nexo, puta Fisci debitore, vt animaduertit *Castrens. d. auth. si qua mulier. nu.* 2. quo casu nulli dubium maritum fore trahendum ad carceres vbi non soluat, quod non difitetur *Surd. cons.* 367. *nu.* 24.

Insuper, non satis erit apparere de necessitate mariti, nisi etiam constet vnde causata fuerit: si etenim ob propriam culpam, & luxum, in angustias inciderit, non erit miseratione dignus, vnde animaduertebat *Alex. in cons.* 23. *nu.* 14. *lib.* 1. bona prohibita alienari, non posse neq; ex causa necessitatis distrahi, quando necessitas fuit causata propter delictum eius, cui interdicta est alienatio: & hoc fundamento ostendit *Nouar. forens. p.* 1. *q.* 167. *nu.* 11. *& seq.* beneficium electionis fori non esse concedendum mulieri, quæ dedit causam separationi thori, cum alioqui habens virũ inutilem eo fruatur. Quòd si necessitas quælibet, & vndequaq; originem ducens persuaderet subueniendum esse carcerato, id tamen foret intelligendum citra præiudiciũ eius, qui ad tale opus inuitaretur, ita sanè propositionem declarat *Couaru. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 9. *vers. tertio*, qui testatur hanc declarationem fuisse communiter receptam.

FINIS.



GABR. VARIAR. RES

2 priè autem dicimus familiam, plures personas, quæ sunt sub vnius potestate, siue natura, siue iure sint subiectæ, *l. Aediles. 25. §. familiæ. 2. de ædilici. edic. lib. 21. P. tit. 1.* & siue liberi, & siue serui, *Cyriac. contro. 153. nu. 33.* aut etiã liberti, *Raud. de analog. lib. 1. cap. 19. nu. 5.* complectiturq; personas diuersi gradus: nam est nomen collectiuũ diuersarum personarum diuersorum graduum, *Raud. de analog. cap. 6. num. 13. Bec. cons. 150. nu. 5.* Pædius ait, familiæ appellatione, & filios familias demonstrari: facta enim domesticorũ redhibitoria agentem præstare voluit, *l. Quod si nolit. 31. §. Idem Pedius 13. tit. eo.* & appellatione familiæ venire filios notat *Rot. apud Farinac. decis. 174. nu. 4. p. 2. in recentiss.* Qui igitur
3 sub eodem tecto cũ patre familias viuunt dicuntur esse de familia, *Boer. decis. 213. nu. 13.*

Cæterum vnicus seruus familiæ appella-
4 tione non continetur. Ne duo quidem familiam faciunt, *l. Detestatio. 40. §. 2 & 3.*
5 *tit. eo. de verbor. significat.* tres tamen facient familiam inquit ibi Cuiac. ad exemplum collegij secundum videlicet vim latini sermonis, secus ex iuris ratione, & vi interdicti, ac Prætorum voluntate, *Gratian. decis. March. 10. nu. 9. & seq.* Impe-
6 rator quoq; obseruauit familiæ nomen in aliquibus casibus pro substantia intelligi: quia & serui, & aliæ res in patrimonio vniuscuiusq; esse putantur, *l. final. in fine. de verbor. & rer. significat. lib. 6. Cod. tit. 38.*

7 Alio sensu familię nomen accipitur, quatenus scilicet comprehendit nedum testatoris descendentes, sed etiam omnes, qui eiusdem transuersales sunt, *Molina de primog. lib. 1. cap. 4. nu. 40. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 26. Cyriac. controuers. 208. num. 109. controuers. 169. nu. 63. Valenz. cons. 40. nu. 37. Menoch. cons. 1177. nu. 9. 424. nu. 12.* inde fit vt disceptetur circa intelligentiam verborum à testatore prolatorum, dum vocauit familiam, an intellexerit de familia contentiuè, vel potius effectiuè: hoc est de descendentibus, qui dicuntur de familia effectiuè, aut etiam de transuersalibus,

qui dicuntur de familia contentiuè, quia descendunt ab eodem stipite, à quo promanat testator, *Io. Anton. Bellon. cons. 11. nu. 52. & seq. Rota apud Farinac. decis. 707. p. 2. in recentior.* Articulus est controuersus: nam *Gratian disceptat. forens. cap. 645. num. 3.* affirmauit voluisse omnes comprehendere tàm transuersales, quàm descendentes, *Seraphin. decis. 1438. nu. 4.* contrarium verò tenuit *Horat. Giouagnon. resp.*

næ ex masculo descendentes, etiam si nup- 11
tæ fuerint, *Paris. cons. 51. nu. 13. vol. 2. Marta cons. 71. num. 26.* contentiuè scilicet, *Horat. Giouagnon. lib. 2. resp. 13. num. 38.*

& hoc

12 & hoc habet quoq; locum in priuilegijs concessis familiæ *Gratian. disceptat. forens. cap. 530. nu. 17.* & in casibus in quibus attenditur proximitas maior, *Valenz. cons. 97. nu. 94.* Quandoq; tamen ex aliquibus expressionibus colligitur testatorem vo-
13 luisse excludere fœminas *Gabr. cons. 132. nu. 32. vol. 1.* puta si testator disposuisset pro conseruatione familæ, nam in tali dispositione non contineretur fœmina, *Gratian.*

cons. 247. nu. 12. Rol. cons. 70. num. 75. lib. 3. Menoch. cons. 1177. nu. 7. In dubio enim verba debent intelligi in specie & non in genere *Menoc. cons. 233. n. 16. 633. n. 8. 732. n. 44.*

Addimus ordinatam charitatem inci- 21
pere à se ipso, & suis, *Roland. cons. 70. num. 75. vol. 3. Menoch. cons. 732. nu. 41. Paris. cons. 1. nu. 60. vol. 3. Alex. cons. 213. nu. 1. & seq. lib. 6. cons. 91. nu. 5. lib. 7. Fusar. de substitut. q. 351. nu. 41.* per prius enim comprehendit eos qui sunt de agnatione, *Surd. cons. 316. nu. 10.* In simili *Mench. cons. 30. nu. 13.* dicit testatorem verba facientem de familia de Thoueria, intellexisse de pro- … quæ appellabatur de Perie, & non de … lia Thouaria de Sermignac, & eiusdẽ … ntiæ fuit in *cons. 1082. nu. 22.* Eadem … ne si mandato testatoris eligendus sit 22
… de Turre, debet eligi, qui sit de agna- … testatoris si ipse est de Turre, & di- … sint agnationes de Turre, *Simon. de … is de interpr. vltim. volontat. lib. 3. sol. … u. 28. fo. 290.* Suffragatur alia ratio, … præualet famosior significatio, & nõ … ubitandum famosiorem significatio… ad agnatos ipsius testatoris pertine- … *ud. de analog. cap. 19. nu. 5.*

… i verò non adsint tales, comprehen- 23
… tur etiam ij, qui non sunt de agnatione … toris, *Ruin. cons. 149. nu. 8. vol. 2. Me… cons. 106. n. 229. Seraphin. decis. 1438. … Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. num. 9. … iac. controuers. 365. num. 39. Fusar. de … itut. q. 351. nu. 31.* etiam ex proprietate … onis, *Rota Romana post decisionem … n. Monachi Florentinam 72. num. 34.* … ur apud *Farinac. decis. 697. nu. 6. p. 1. … entior.* nam sufficiet esse eiusdem no- 24
… , & portare eadem arma, & insignia, … *an. disceptat. forens. cap. 645. num. 5. … cons. 132. nu. 59. vol. 1.* non impro… *Menoch. cons. 424. num. 12. Fusar. de … tut. q. 351. num. 38.* dati enim speciem … familiæ est certum, quam artificio… ppellat *Raud. de analog. cap. 30. nu. 1.* … ; duplicẽ dicit; per viã agregationis, … eram per viam assumptionis armorũ, … nominis alterius de arrogatione in familiam loquitur *Bec. cons. 231. nu. 38.*

SVM-